

Disputatio 5
D E J U R E E T
F A C T O,

Quam 1611
A U S P I C E 1
D. O. M.

EX APPROBATIONE AM-
PLISS. IURISCONSULTORUM
ordinis

In celebri Norimber-
gensium Academiâ ad D. 19. No-
vembris

PUBLICÆ DISQUISITIONI
in auditorio Welseriano instituen-
dæ, offert

Wolff Erich von Brandenstein.

N O R I B E R G A,
Typis Abrahami VVagenmanni.

M D C X I.

D E I U R E P T
E A C T O

A N S P I C E
N O . 5.
Z E S A M M E N S A T U R A T I O N
T H E O L O G I C A L E



T H E O L O G I C A L E B I B L I O C H I S T O R Y

- - - - -

C O M P O S I T I O N

- - - - -

G E R M A N I C A

- - - - -

M O D E R N

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

- - - - -

N E W S

SERENISSIMO ET POTEN-
TISSIMO PRINCIPI ac Do-
mino, Domino

JOHANNI GEOR-
GIO, DUCI SAXONIÆ, JULIÆ,
CLIVIÆ ET MONTIUM, SS. ROMA-
NI IMPERII ARCHIMARSCHALLO ET ELECTO-
RI, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Burggra-
vio Magdeburgensi, Comiti Marchiens & Ravenspur-
gens, Dynastæ in Ravenstein, &c. Domino
meo clementissimo.

Vm deferretur ad nos rumor ve-
ritate satis superq; confirmatus,
CHRISTIANUM II. SS. Ro-
man. Imperii Septemvirum, fra-
trem tuum, Principem omni authoritatis glo-
riâ florentem, cessisse à rebus humanis, eiq; Se-
ren. Tuam successisse, & eundem quem ille ho-
noris & potestatis gradum obtinere; sanè &

A 2 acer.

acerbitatis, & jucunditatis hausi plurimum.
Nam & illius amissi, quem in parentis loco
patria nostra dulcissima semper habuerat, de-
siderio commovebar, & tua amplificatione
dignitatis & potentia mirum in modum gau-
debam. Quo in conflictu mœroris & gaudii
aliquandiu cum fuisset: rationibus utring
excusis & ponderatis, tandem autumavi &
qui us esse multo Seren. Tua gratulari, quam
illius obitum decessionemq; lugere: præsertim,
cum hoc à me erga Seren. Tuam humilis & ob-
sequiosa subjectio & devotio requirat: Illi au-
tem nihil omnino mali acciderit, quod ad lu-
ctum & lamentationem nos magnopere queat
impellere. Nam si de vita illâ cogitemus
beatâ & immortali, que in celo his, qui cum
fide & pietate hic vixerunt, post mortem est
destinata: ecquid harum rerum, quibus ea ad-
quiritur, prætermisit C H R I S T I A N U S ille,
revera nobis secundus? Cuius laudes diem
sint ductura, si velhas unas præconio digno
ornatum irem. Quo nunc temporis omisso, ex
animo

3

animo tibi gratulor, Sereniss: & Potentiss:
Princeps, quod Deus opt. max. periculis &
turbulentis hisce tempestatibus, quibus tota
Respub. Christiana hinc & inde succutitur &
infestatur, ad clavum Seren. Tuam admove-
rit. Neq; enim dubiam animo spem concepi-
mus omnes & singuli tui subditi, fore, ut hic
tam formidolosus & exosus Romani Imperii
status pro sapientia & dexteritate consiliorum
tuorum brevi in auream felicitatem commu-
tetur. Quoniam autem Persis indecorum ha-
bitum est, à quoquam regalis sceptri auspicia,
qui ad regem sine munere accessisset, celebrari:
ne quicquam ad summam veterum nobis de-
esse videatur, munere satis quidem tenui, Di-
sputatione nempe praesenti, & Seren. Tua in-
scripta, laticiam meam & acclamationem te-
statam cognitamq; facere volui. Quod me-
um institutum, ut Seren. Tua clementer & be-
nigne adprobare, & me, atq; adeò totam me-
am familiam sibi commendatam habere non
dedignetur, humiliter & submisse rogo que-

A 3 scq.

fog. Deum omnipotentem veneror, ut in
hoc Electorali conventu omnia & capta &
consulta Seren. Tua ad optatum finem, &
eundem sibi gratum acceptumq; perducat.
Scrib. Altorfii D. 23. Octob. Anno Salutis

C I C I C I X .

Serenitat. & Celsitud. Tuæ

Subjectiss.

W. E. à. B.



D E

DE JURE ET
Facto.

M N I U M eruditorum calculo jamdudum ob-
tinuit, in toto Iure civili nihil subtilius, nihil
difficilius, nihil deniq; utilius & esse & habe-
ri, atq; argumentum de Iure & Facto. Cūm
enim reliquæ materia ferè certo fine coérceantur, rarius
ultra suos terminos progredientes, hoc unum propemo-
dūm ubiq; habitare, nec certā aliquā sede morari videtur.
Simile animæ dixeris. Quemadmodum enim illa per to-
tum corpus humanum diffusa, singulis membris vitam
vigoremq; reddit: Ita & hoc per pulcherrimum Iuris Civili-
lis corpus dispersum, mirificè illud firmat & animat.
Quanquam autem & meæ ætatis ratio, & eruditio, quæ in
me exilis, à tractatione nobilissimi huius argumenti in-
præsentि me absterrere & arcere debuerint, nec admitte-
re, ut in certas conclusiones aliquatenus id redigerem:
persuasum tamen mihi habui, conando nullam non &
subtilitatem & difficultatem possè vinci. Quod ergo be-
nè vortat,

*Iuvat integros accedere fontes
Arg. haurire; juvatq; novos decerpere flores,
Insignemq; meo capiti petere inde coronam.*

Verum enim inverò cùm confusio sit mater erroris, nec
læsum habeat exitum id, quod ordinem deserit; opera
utiq; precium facturus videbor, si hanc seriem sequar, &
I. agam de significatibus ipsorum vocabulorum. II. De
Rebus, h. e. de Iure & Facto; Quid item sit Iuris, quid Fa-
cti.

cti. III. De his, quæ merè sint Iuris. IV. De his, quæ merè
sint Facti. V. De Mixtis, h. e. de illis, quæ partim sint Iuris
& partim Facti. VI. De notis Iuris & Facti. VII. De natu-
ris eorundem & effectibus.

T H E S I S.

I.

QUAM variæ vocabulo Iuris attribuantur significa-
tiones, ex commentariis nostrorum Interpp. li-
quidò videre est, quorum nonnulli eo progressi
sunt, ut XXXVI. adferre non erubuerint.

II.

Cæterū cum pleraq; parùm ad hoc meum institu-
tum facere videantur: eas ultrò aliis recensendas relinquo.

III.

Maximè verò probandam censeo diligentiam & in-
dustriam illorum, qui observarunt, Ius à veteribus Iuris-
peritis nonnunquam opponi FACTO, nonnunquam
CORPORI, nonnunquam CONVENTIONI.

IV.

Ad quæ tria, si accuratius attenderimus, perspicuè pa-
lām fiet, nihil posse adduci, quod magis pertineat ad pri-
mordia præsentis Disputationis.

V.

FACTO opponitur tūm, cūm Paulus ait: *In stipulatio-
nibus Ius contineri, in pactis Factum versari.*

1. si unus, 27. §. pactus ne peteret, ff. de pact.

Item:

VI.

Item cùm Julianus ad severat, *solutionem, venditionem,*
traditionem Facti magis esse quam Iuris.

I. consilio, 7. §. fin. ff. De curat. furios.

VII.

Similiter cùm Marcellus querit de illâ stipulatione:
Triticum dare oportere? & confirmat, Facti Quæstionem
esse, non Iuris.

I. triticum, 94. ff. De V.O.

VIII.

CORPORI opponitur in celebri illâ Divisione, quâ res
 quædam *corporales* sunt, quæ sui naturâ tangi possunt, quæ-
 dam *incorporales*, quæ (ut ait Cic. in Top.) tangi demon-
 strative non possunt, cerni tamen animo atq; intelligi
 possunt.

I. 1. §. quædam, ff. De divis. rer. pr. insti. de reb. corp.
 & incorp. I. Mævius 66. §. fundo, ff. De Legar. 2. I. ult.
 in fin. C. de præscript. longit. temp. X. vel XX. annor.

IX.

Prioris generis sunt fundus, homo, vestis, aurum, ar-
 gentum, & deniq; aliae res innumerabiles: Posterioris, ser-
 vitus, hereditas, obligatio &c. de quibus infrâ planius &
 plenius agetur.

d. §. quædam, d. princip. & §. 1. Insti. de reb. corp.
 & incorp.

X.

Atq; hoc non incommodè retulerim id, quod refri-
 psit Constantinus Imp. Neminem ambigere, Possessionis du-
 plicem esse rationem; aliam que jure constat; aliam que cor-
 pore.

B

I. ne-

.nemo, 10. C. De acquir. vel retinend. posses.

XI.

CONVENTIONI sive VOLUNTATI opponitur à Paulo, de pactis dotalibus agente, quæ vel ante vel post nuptias celebratas interponi solent, quorum alia pertincent ad Voluntatem, alia ad Ius.

1. si pater dotem, 12. §. expactis, ff. de pact. dotal.

XII.

Illa generaliter & omnino, sunt servanda: hæc vero ita demum, si causam dotis reddant meliorem: non, si deteriorem.

d. l. 12. l. Atilicinus, 17. ff. eod.

XIII.

Quemadmodum IURIS, ita multiplex quoq; & varius FACTI est sensus. In Iure civili potissimum opponitur DATIONI, PATIENTIAE, DICTO vel VERBIS, ANIMO, NATURÆ, & IURI.

XIV.

DATIONI, cum Venuleius ad differentiam stipulationum respiciens, qua aliae dicuntur in dando, aliae in faciendo consistere, a) adserit, *uni ex heredibus recte nos stipulari factum: rem sive dationem non item.* b)

a) l. 2. ff. de V. O. b) l. continuus, 137. §. fin. ff. eod.

XV.

PATIENTIAE, cum Pomponius scribit, *servitutium non eam naturam esse, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid patiatur, aut non faciat aliquid.*

l. quoties, 15. §. servitutium, ff. De servitutib.

DICTO

XVI.

DICTO vel VERBIS , cum Claudius Saturninus adfirmat, aut facta puniri, aut dicta, aut scripta. Item cum Modestimus innuit, milites ob ferociam multa per lubricum lingue dicere: qui tamen, si facto & facinore in crimen majestatis incident, severius puniantur &c.

- I. aut facta, 16. ff. De pœnis, l. famosi 7. §. fin. ff. ad
L. Iul majest.

6

XVII.

Atq; in hac Oppositione Vulgo ita Facti verbo utuntur, pro quo elegantius Re Iuriscons. nostri dicunt.

V. g. solutio vel fit re, h. e. numeratione pecunie, vel fit verbis, l. sub conditione, 16. l. pen. ff. de solut. Sic societas coit & re, & verbis, l. societatem coire, 4. ff. profic. Ita & collatio aut re facienda est, aut cautione sive verbis, l. 1. §. quamvis, ff. de collat. bon. Inuria item, aut refit, vel verbis, l. 1. §. 1. ff. de injur. Et de hereditate dicitur, recusari eam non tantum verbis, sed etiam posse, l. reculari, 95. ff. de acq. vel omit. hered. Domum quoq; transferri dicitur Re & Facto, non nuda contestatione, l. domicilium, 20. ff. ad municip.

XVIII.

Quo pertinet Rubrica tit. XV. lib. III. Instit. Quibus modis re contrahitur obligatio.

Re, h. e. Facto interveniente, veluti in mutui datione.

Nam si quis promittat se daturum mutuo, nondum est mutuum, oportet ut det, ut Factum interveniat, l. potior, 11. in pr. & § si colonus, ff. Qui pot. in pign. Ex quo elucet falsitas rationis, que vulgo redditur de nomine dictæ obligationis, h. e. cur referri dicitur, quia nemper res interveniar. Quasi vero res interveniat in hac tantum, & non etiam in aliis obligationibus!

B 2

AN I.

XIX.

ANIMO, in geritione pro herede, de qua sic Ulpianus: *Prō herede gerere non tam Facti est, quād animi,*
I. pro herede, 20. ff. deacquir. vel omitt. hered.

XX.

NATURÆ, cum Pomponio placet, *fructus vel prove-*
nire naturā, quos spōnte suā terra ferat; *vel Facto*, id est,
operā, curā & diligentia eius, cui nascuntur.

I. fructus, 45. ff. De usur.

XXI.

JURI quomodo opponatur Factum, supra perspi-
cuē fuit demonstratum. Quæ quidem ultima Facti, ut
prima Iuris notio maximē ad hoc argumentum pertinet.

Accuratè enim notandum eam ipsam notionem Iuris
& Facti, quā sibi opponuntur hęc duo, non simpli-
cem videri, sed duplēcē. *Alia enim harum notionum*
vis conficitur in ignorantia Iuris & Facti; alia in his qua
sunt Iuris & Facti. De posteriore notione hęc tracta-
bitur: prior aliis tractanda relinquetur.

XXII.

Cæterūm de verbo Iuris cum agitur, nihil interest si
vedicatur aliquid esse Iuris, a) sive in Iure consistere, b)
sive Ius in aliquo contineri, c) sive Ius in aliquo verti. d)

- a) l. quod dicitur, 130. ff. de V. O. b) l. legatum, 10.
ff. de cap. min. c) l. si unus, 27. §. pactus, ff. de pact.
d) l. stipulatio ista, 38. §. hi qui, ff. de V. O.

XXIII.

Sic & de Facto hęc idem Valent, aliquid consistere
in Facto, a) aliquid esse Facti, b) Factum in aliquo conti-
neri,

neri, c) vel in aliquo Verti, d) Idemq; cum dicitur res Fa-
cti, e) & in causâ Facti. f)

a) del. legatum, 10. ff. de cap. min. b) l. r. §. si usus-
fructus, ff. ad L. Falcid. c) del. si unus, §. paëtus, ff. de
paët, §. sed cum Factum, Instit. de stip. serv. d) d. l.
38. §. hi qui, ff. de V. O. e) l. r. §. furiosus, V. O. filius
ff. de acq. vel amit. possels. f) l. in bello, II. §. Facti, ff.
de capt. & postlim. revers.

7

XXIV.

Adeò in illis nihil est differentia. Hæc tamen duo
differunt, *Ius*, & *Iuris esse*; *Factum*, & *Facti esse*.

XXV.

Jura dicuntur res ipsæ incorporales, ut *servitutes*, *ob-
ligationes* &c. Iuris non ipsa Iura, sed aliae res & causæ, ut
contractus.

XXVI.

Ita quoq; inter Facta, & illa quæ sunt Facti, ea est adhi-
benda differentia, ut Facta dicantur propriè, quæ verbis
infinitivi modi enunciantur; Facti plerumq; nomina, ut
Fides bona vel mala, dolus, &c.

XXVII.

V. g. *Ire, agere, agrum colere, fossam fodere, sunt
Facta:* a) stipulatio verò deijs constituta dicitur Facti. b)
a) l. stipulationes non dividuntur, 72. ff. de V. O. b) l.
quod dicitur, 130. ff. d. t. §. sed cum Factum, Instit.
de stip. servor.

XXVIII.

Ita fructus percipere & domum convehere est Fa-
ctum; Sed ususfructus, quo & ipso fructuum percipiendorum

B 3

dorum



dorum Ius continetur, eatenus in Facto consistere dicuntur.

I. un. ff. Quando dies legat. ced.

XXIX.

Juris est Usucapio, quæ adjectio dominij per continuationem possessionis, temporis lege definiti.

I. usucapio, 3. ff. de Usucap.

XXX.

Quod sit Iuris, ad primè videre est ex bimembri comparatione Usucaptionis, & bona-fidei possessionis, quam Paulus instituit.

I. bona-fidei, 48. ff. de adquir. rer. domin.

XXXI.

Prius membrum hoc est; Bonæ-fidei possessorem fructus suos facere, licet rem non usucapiat, si ea sit virtuosa. V. g. si sit possessa, si prædicti contra legem repetundarum sit donata, ab eoq; bonæ-fidei emptori ab alienata.

d. I. bona-fidei, v. nec interest.

XXXII.

Ratio, cur possessor fructus suos faciat, quamvis ipsam rem non usucapiat, hæc est: quia ad fructuum acquisititionem non requiritur, ut res, sed ut possidens sit sine vitio, h. e. bona-fidei: a) Ad usucaptionem verò requiritur, ut res sit sine vitio. b)

a) s. si quis à non Domino, Instit. de rer. divisi. I. bona fides, 136. ff. de R. I. adeò fructus acquirit tum propter bonam fidem; tum propter operam & industrian, sive culturam; tum deniq; quod possessionis proprius finis sit utilitas fructuum. b) Cum enim certum sit, usucaptionem esse adjectio-

6

adiectionem, sive maris acquisitionem Domini, quae maxime nitatur legi, quomodo queso eare recipiatur, si res sit viatoria? Vid. l. ut lucapionem, 9. l. ubi, 24. ff. De Usucap. & usurp. Vbi lex (inquit IC.) inhibet usucaptionem, bona fides possidenti nihil prodest.

XXXIII.

Posterioris comparationis membrum est; *Bona-fidei possessorem initio, si postea caperit esse malefidei, usucapere quidem, sed fructus non adquirere amplius.*

d. l. bonafidei, §. in contrarium, ff. de adq. rer. dom.

XXXIV.

Ratio eleganter exprimitur à Paulo, quia usucapio ad Ius pertineat, a) fructuum acquisitio ad Factum. b)

a) *Non potest igitur per malam fidem supervenientem, impediri semel recte cœpta, siquidem ea que sunt Iuris, sive civilia, non tolluntur per ea, que sunt Facti & naturalia.*
§. ultimo inst. de legit. agn. tut. b) *Quæ cum maximè bona fide nitatur, per contrariam causam naturalem, recte tollitur & impeditur. Malam enim & bonam fidem esse Facti, vel ex d. §. in contrarium, in fin. fatis probatur.*

XXXV.

Juris quoq; est stipulatio HABERE LICERE, quando non de nudâ possessione, sed de Iure dominii agitur.

l. stipulatio, 38. §. hi qui, ff. de V. O.

XXXVI.

Similiter ARBITRIUM Iuris perhibetur, præferim si hac formula arbiter recipiatur: *Arbitratu Lucij Titi fieri. Quæ omnino denotat Ius.*

l. illa verba, 68. ff. de V. S.

Ratio

XXXVII.

Ratio est, quia arbitrio alicuius quid ita committere,
ut ipse quid fieri darive statuat, non nudum Factum, sed
Ius potestatemq; statuendi decernendiq; adferit.

I. Servum, 33. §. ait prætor, ff. de procurat. I. si coita,
75. cum ll. seqq. ff. pro loc. l. fin. C. de contrah. empt.
§. precium, Instit, eod.

XXXVIII.

Facti sunt O P E R A, tam servorum, quam libertorum,
que neq; promitti, necq; solvi, neq; deberi, neq; peti
pro parte possunt.

I. 1. ff. de oper. servor. I. 1. §. si ususfr. ff ad L. Falcid.
I. libertus, 15. §. 1. ff. de oper. libert.

XXXIX.

Quæ licet ususfructus instar testamento constituan-
tur, & constituta non exigua commoda accipientibus tri-
buant, a) tamen non per omnia usumfr. imitantur. b)

a) pr. Instit. de ususfr. l. operis, 5. ff. de oper. servor.
b) l. huic stipulationi, 5. §. fin. ff. ususfruct. quemadm.
cav. *Quid? quod manifestè ab ususfructu separantur, in*
l. quæsiuum est, 37. ff. de ususfr.

LX.

Cardo dissimilitudinis vertitur *non in adquisitione*, sed
nec in eo, quo præcipue vis & effectus continetur, percipiendi fructuum Iure; *sed in amissione*.

Inter alios modos, quibus finitur ususfructus, referuntur
etiam capitis diminutio, non-usus, & mors fructuarii, §.
finitur, Instit. de ususfr. l. 1. l. 3. §. fin. ff. Qaib. mod.
ususfr. amir. l. corruptionem, 16. C. de ususfr. *Opera*
verò non solum non-utendo & capitis diminutione non-
amittuntur, l. 2. ff. de ususfr. leg. l. 1. ff. de oper. ter.

Sed

9

Sed nec morte legatarii, qui eas ad heredem transmittit,
d. l. 2. ff. de usufr. leg. Cur duobus prioribus modis non
perimantur, id ideo fit, quia in Facto consistunt: quia vero
sunt facti, illis modis non perirent. l. pen. ff. de cap. min.
Cur ad heredem transeant opera, nec morte legatarii fini-
antur, ratio est, quia non coherent persona eius, cui de-
bentur, sed persona servi, ex qua existimantur.

XLI.

Quo pertinere & illud videtur, quod ususfructus
mutatione dominii non perimitur, eoq; nec usucapione:
a) opera servorum legatae contra. b)

a) l. neq;, 19. ff. Quib, mod. usus amittit, l. locum, 17.
§. pen. ff. de usufr., b) l. 2. in fin. ff. de usu & usufr. leg.

XLII.

Cur ita? quia ususfructus nulla societate dominio con-
jungitur, h. e. distincta sunt Iura dominium, & servitus
usufr. & proinde mutatio unius, ut dominii, non extin-
guit alterum.

arg. l. 1. §. cum praedium, ff. de pignorib. ubi quod dici-
tur de questione pignoris, eam ab intentione dominii sepa-
randam: Idem hic de usucarto dicendum reor, perl. ju-
sto, 44. §. non mutat, 5. ff. de usucap.

XLIII.

Secus obtinet in operis legatis, quae cum planè cohæ-
reant servo, à quo sunt legatae illo usucapto, usucapien-
tur & ipsæ, incipientq; deberi ei, cui ante usucaptionem
præstabantur.

Quare id fiat, rationis opera non est. Operæ enim ve-
luti societate quadam servo conjunguntur. Si per usuca-
pionem servus mutat dominum, ergo ei domino de-
inceps debet præstare operas, non alii.

XLIV.

Operis non inconvenienter subjungi existimo **L**E-
CATUM IN ANNOS SINGULOS, quod ceu ususfr. fini-
tur quidem morte : capit is deminutione tamen interve-
niente perseverat.

1. si singulos, 4. l. in singulos, 8. ff. de ann. l. Firmio,
26. §. fin. ff. Quando dies legat. ced. l. patrimonii, 22.
ff. de usu & ususfr. leg. l. pœnales, 32. v. sed ne in acto-
ris. ff. ad L. Falcid.

XLV.

Ratio redditur à Modestino, videlicet *quia tale lega-
tum in Facto potius, quam in Iure consistat.*

1. legatum, 10. ff. de cap. min.

XLVI.

Jam verò citra omnem controversiam potestas Iu-
ris civilis, ex quo sunt omnes capit is deminutiones, ad ea
extendi non potest, quæ sunt meri facti.

1. 1. §. si vir uxori, ff. de acq. vel am. poss. l. deniq;, 19.
ff. ex quib. caus. maior. l. qui heredi, 44. ff. de condit.
& dem. l. in bello, 12. §. Facti, ff. de capt. & postlim.
revers.

XLVII.

FIDEM sive bonam sive malam Facti esse, vel existis,
quæ suprà sunt proposita, liquidò videre est.

- Thef. 30. & seqq. per l. bonæfidei, 48. ff. de adquir.
ter. dom.

XLVIII.

Ex quo principio facile dirimitur *controversia illa de-
dolo, bonæfidei contraclibus vel causam præbente, vel postea-
irrepente.* Hoc enim modo non vitiatur; a) Illo ipso Ju-
renullus est. b)

(*) Lex

a) l. exempto, 11. §. si quis virginem, l. Julianus, 13.
§. per contrarium. §. si quis colludente, ff. de action.
empt. b) l. & eleganter, 7. in pr. ff. de dol. mal. l. in
causæ, 13. §. 1. ff. de minorib.

XLIX.

Quare illo modo Iure nullus nimirum quia *dolus plausus*
nè sit contrarius bona fidei, eiq; ex diametro repugnet.

l. si dolo, 5. C. de rescind. vendit. l. ea verò, 3. §. ult.
ff. pro loc.

L.

Quare hoc modo non vitiatur? quia *contractus est Iuris*.
a) *dolus verò & mala fides Facti.* b)

a) l. si unus, 27. §. paetus, ff. de paet. b) l. bonafidei,
48. §. in contrarium, verbis ad Factum pertinere, ut si quis bona aut mala fide possideat, ff. de adq.
ter. dom.

LI.

Ut igitur eandem ob causam mala fides initio interpellat Usucaptionem, postea non interpellat, cum sit Iuris, ita & de contractu statuendum.

D. §. in contrarium, & supra thes. 34.

LII.

De ANIMO, sitne Iuris an Facti, incerti quidam certant. Sed mihi sine dubio, non secus atq; fides, est Facti.
arg. d.l. bonafidei, §. in contrarium.

LIII.

Rem corporaliter tenens, cum ei donatur, id utiq; ad traditam possessionem sufficit, cuius PROBATIO in Facto consistit.

C 2

Paulus

01
Paulus lib. V. sentent. t. II. §. probatio. fac. I. quædam, 77 v. proponebatur, ff. de R. V.

LIV.

In PACTO NUDO Factum tantummodo absq; Iure civili versari, vel ex oppositione Iuris & Facti, de qua supra, obscurum esse non potest.

Thef. §.

LV.

Quæ res, ut magis magisq; perspicua & clara fiat, non erit ab hoc meo instituto alienum, proponere integrum, Pauli locum de duobus pactis inter se contrariis, quinobilis & vulnigero difficilis habetur..

I. si unus, 27, §. pactus, ff. de pact.

LVI.

Cajus, cùm ei Sempronius deberet X. ex mutuo, patutus est cum Sempronio de non petendo. Postea inter eos convenit, ut contra Caius eadem X. petat. Quaritur, utrius pacti major sit potestas? Ait IC. posteriore pacto & infirmari prius, & per consequentiam confirmari obligationem, eodemq; rem recidere, quasi actio prior rursus sit integra & efficax.

D. §. pactus, verbis: *Prius pactum per posterius elidetur.*

LVII.

Infirmatur autem ideo, quia pactum posterius deroget illi, quod præcesserat.

I. pacta conventa, 72. ff. de cont. empt. I. pacta novissima, 12. C. de pact. *Quod in aliis quoq; Iuris articulis observatur, ut in Legibus, I. leges, C. de LL, ut in constitutionibus Principum, I. ult. ff. de constit. princip. ut in tutelis, I. tutor datus, 8, §. fin. I. si hereditas, 10, §. I. ff. de*

ff. de testam. tut. *ut in testamentis*, §. posteriore, Instit.
Quib, mod. test, infirm, *ut in legatis & fideicommissis*,
l. si mihi & tibi, 12. §. in legatis, ff. de Legat 1. l. clari,
19. C. de fideicomm, *ut in conditionibus*, l. sub diversis,
§1. ff. de condit, & dem, *in procuratorib.* l. si quis, 3 1. §.
ult, ff. de procuratorib.

II

L XVIII.

Ait Paulus : *non quidem ipso Iure*; innuendo, pactum
prius tolli per posterius, non ipso Iure, sed ope replicatio-
nis : contraria stipulationem priorem tolli posteriore, ipso
Iure.

L IX.

De pacto ratio est, *quia sit naturale sive Facti*, neq; quic-
quam contineat, nisi vinculum æquitatis, quod contrario
æquitatis vinculo facile disolvitur..

Ita eleganter Papinianus, in l. Sticham, 95. §. natura-
lis, ff. de solutionib. *sanè qua sunt Facti sive naturalia*,
cum vim suam non exerceant ipso Iure sive sua vi, opus
habent naturali Facto quodam.

L X.

Aliter comparatum est *in stipulatione*, quam Paulus
ait *esse Iuris.*

D. §. *pactus ne pateret. verbis: in stipulationibus Ius*
continetur. h. e. continetur obligatio, qua Iuris est vin-
culum. Itaq; recte IC. concludit: Stipulatio est Iuris,
Ergo tollitur alia stipulatione ipso Iure.

L XI.

Cùm nudâ voluntate, sive, ut Impp. loquuntur, ex
sola animi destinatione heres fieri possit, ecquis ambigat
ADITIONEM HEREDITATIS esse Facti?

§. item extraneus, Instit. de hered. qual. & diff. verbis;
aut etiam nuda voluntate fisciendi & hereditatis heres fieri. l. si avia, 6. C. de Iure deliber.

LXII.

Quod principium si quis tenacius animo infixum habuerit, facile elabetur tum ex aliis difficultatibus, ad ultimas voluntates pertinentibus; tum ex illâ præcipue, quæ circa hanc questionem oritur. : An pater adiens hereditatem, quam filius institutus adire noluerat, substituto præferat nr?

V. g. Titius scriptis quendam filium fam. heredem, cui substituit vulgariter, ut si heres vel esse nollet, vel non posset. Causa heres esset. Iam finge: Illum filium fam. nolle adire hereditatem. Hic concurrent pater filium & substitutus, de successione certatur. Queritur, utri debatur?

LXIII.

Aperti quidem Iuris est, patrem & filium non esse alium & alium, sed pro eadem personâ haberí.

I. ult. C. de impub. & al. subst. l. cum scimus, 22. §. fin. C. de agric. & cens. §. quod si quis, Instit. de iniurib. filip.

LXIV.

Ita ut filius f. repudiando sine patre minimè ei noccat. l. si qui heredi, 13. §. fin. ff. de acquir. vel am. hered.

LXV.

Ideò, quod spes primi gradus per eam repudiacionem non extincta videri poslit.

arg. l. quamcū, 3. & l. quamdiu, 69. ff. d. acq. vel omni hered. l. cum in testamento, 37. ff. de hered. instit. l. si mater, 33. ff. de vulg. & pupill. subst.

LXVI.

Quia tamen à verbis recedendum non sit, quamcum

cum manifestò apparet , illud sensisse testatorem .

I. non aliter, 69. ff. de legat. 3. fac. I. ille autille, 25. §.
1. ff. eod. l. in conditionibus, 19. ff. de conditionib.
& dem.

LXVII.

Nec patri aliquid acquiratur, nisi cum filius fam. sub-
stitutum habens, adierit.

I. un. §. in novissimo, C. de cad. toll. fac. I. potuit, §.
C. de Iure delib.

LXVIII.

Ipsa autem aditio in merâ facultate consistat, quæ ita
corpori inhæret, ut etiam cum corpore extinguantur.

I. precia rerum, 63. ff. ad L. Falcid. I. proinde, 22. §.
item cum, l. inde Neratius, seq. ff. ad L. Aquil.

LXIX.

Idcireò liquidò confirmare possumus, anteferri sub-
stitutum patri, ad quem ea, quæ Facti sunt, non transcunt.

I. qui heredi, 44. ff. de condit. & dem. fac. I. statulibe-
ra, 6. §. fin. verb. Factum habet, ff. de statulib.

LXX.

Sanè ut Facto vel nudâ voluntate filius poterat here-
ditatem acquirere, & patrem heredem facere: ita contra-
riâ destinatione, statim ab eadem repellitur, & substitu-
tus admittitur.

§. item si extraneus, Instit. de hered, qual. & diff.

LXXI.

Quod diximus de filio, *idem militat in servo*, ut mirer,
statuere quosdam, differentiam & disimilitudinem hic
esse inter filium fam. & servum.

I. cum

I. cum proponas, 3. C. de heredib. inst. ubi rescritbit
Imp. Alexander: *Potuit enim, quamvis jubente Domi-
no, nolle adire.*

LXXII.

Quippe voluntatem servi necessariam esse, exinde li-
quet, quod metu verberū vel aliquo timore hereditatem
adire coactus, dominum heredem non faciat.

I. qui in aliena, 6. §. fin. ff. de acquir. vel omitt. hered.

LXXIII.

Hoc tamen ita est temperandum, *nisi institutio gratia
& intuitu domini facta sit.* Eo enim casu, si servus adire re-
cuset, necesse erit omnimodo per competentem judicem
eum compelli adire hereditatem, & adeundo eam domi-
no acquirere.

I. cum aliquis, 21. C de Iure delib. I. 1. §. prætermitte-
re, ff. si quis omisit, cauf. test.

LXXIV.

Nec quicquam ad rem pertinet, quod ait Julianus,
hereditatis aditionem non esse in operā servili.

I. aditio, 45. ff. de acq. vel om. heredit.

LXXV.

Id enim propriè dicitur de servo, cuius usumfructum
habemus. Is quicquid adquirit, ex re fructuarii, & exope-
ris suis, id adquirit fructuario.

I. adquiritur, 10. §. de his, I. si is, 63. §. quod si servus,
ff. de acquir. rer. dom. I. si servi, 21. & 5. ll. seqq. ff.
de usufr.

LXXVI.

Ex re: quia quod ex re mea, aut eius occasione ad
me pervenit, meum est.

item

§. item ea quæ ex animalib. Instit. de rer. div.

13

LXXVII.

Ex operis: quia & operæ quodammodo extre eius,
cui quis servit, habentur...

Sic eleganter ait Julianus in l. qui bona, 23, ff dead-
quir, rer, dom,

LXXVIII.

Quod verò extra eas causas consequitur, ad domi-
num proprietatis pertinet. V. g. si servus heres institutus sit,
legatumve quid ei aut donatum fuerit, non usufructuario, sed
domino proprietatis acquiritur.

d. §. non solum, v. de iis, Instit. per quas pers. cuiq; ad-
quir. l, adquiruntur, 10, §. de his, ff. de adq. rer, dom,

LXXIX.

Meritò! Neq; enim vel hereditas, vel legatum, vel do-
num sunt in numero operarum, sed ex aliis causis, h. e.
fortunā potius & extrinsecus obveniunt.

l. si is qui, 63. §. quod si servus, ff. de adq. rer, dom.

LXXX.

Interdum tamen, puta si servus fructuarius heres sit
institutus contemplatione fructuarii, vel fuerit ei lega-
tum relictum eodem respectu, acquiretur fructuario &
hereditas & legatum.

l. si servi, 21, & l. seq. ff. de usfr.

LXXXI.

Hactenus de filiofamilias & servo. Videamus & de
aliis. Hos inter primò se obfert *Procurator*, qui nō nostro no-
mine nequit adire hereditatem.

l. per procuratorem, 90, ff. de adq. vel om. hered, ubi

D

Paulus

Paulus ait: *Per procuratorem hereditatem adquiri non posse.* Hæc est vetus lectio, in Pandectis Florentinis scriptum est, *per curatorem, non per procuratorem.* Verum ut in aliis locis, ita & illo mendum subesse suspicantur virti eruditissimi. Sed sive hoc, sive illo modo legatur, e quidem nec per procuratorem hereditatem adquiri posse existimo, nec per curatorem.

LXXXII.

Certè ea solum, quæ negotium & administrandi officium continent, procuratori mandari posse videntur.
I. i. ff. d. procuratorib. verb. *aliena negotia iussu Domini administrat.*

LXXXIII.

Hereditatis autem aditio *nuda animi destinatione potest expediri*, nec ullum negotium continet, quod mandari possit.

1. si quis, 2 f. §. 1. ff. de adquir. vel om. hered. I. siavia,
6. C. de Iure delib.

LXXXIV.

Eadem est adoptionis instar actus legitimus, qui per alium fieri non potest.

1. nemo alieno, 123. ff. d. R. I. l. neq; absens, 24 cum l. seq. ff. de adopt.

LXXXV.

Quin & ea est natura hereditatis, ut in quo semel vel momento hæsit, vel tantum transiit, in eo relinquat directum ius, nec potest illa personæ defuncti adsumptio quam brevi manu à procuratore in dominum transferri.

- arg. l. gerit, 88. ff. de adquir. vel om. hered.

Deniq;

Déniq; non aliud adire potest, quām cui hereditas est delata: at procuratori non defertur.

D. l. si quis, 21. §. sed ita, l. quamdiu, 69. v. ergo, ff. dē adquir. vel om. hered.

Quid verò hisulterius immorari juvet? simulac ad se veraverit aliquis, hereditatem per procuratorem adquiri posse, idem ad se verabit, nihil hac in re differre hereditatem à bonorum possessione, quæ per procuratorem adquiritur.

l. si maritus, 5. C. mandat. l. si quis alicui, 48. ff. de adquir. vel om. hered. l. bona, 3. §. adquirere, ff. de bonor. posses.

Differt autem perspicuè ab hereditate, quia hæc, ut dixi, sit ex auctibus legitimis, inter quos bonorum possessio non commemoratur..

l. auctus legitimi, 77. ff. de R. I. Illa est ex Iure civili, quod directum, strictum, asperum. Hæc ex Iure Prætorio, quod indulgens, benignum, mite, moderatum.

Procurator itidem Cæsarū nihil in hac re habebit præcipuum, cui singulari Iure concessum, quod eius iussu seruus Cæsaris hereditatem opulentam adire possit.

l. 1. §. fin. ff. de offic. proc. Cæs. l. si quis mihi, 2. §. si fisci, ff. de adquir. vel om. hered.

Nisi enim sit opulenta, aliud probari convenit, quasi procurator Cæsaris non videatur habere mandatum ad-

D' 2. eundi,

71
eundi, nisi sub illa conditione, si hereditas sit solvendo,
a) licet alioqui nec expressè hereditas sub eâ conditione
adiri possit. b)

a) l. 2, ff. de offic. procurat. Cæs. b) l. cum qui duo-
bus, 51, ff. de adquir. vel om. hered.

XC I.

Pupillo si deferatur hereditas, vel ex testamento vel
ab intestato (videlicet quando tanquam proximus agna-
tus defuncti vocatur ad successionem) eam sine tutoris au-
toritate adire nequit, quamvis sit lucrosa & sine damno.

l. obligari, 9, §. hereditatem, ff. de auctorit. & conf.
tut. §. neq; tamen, Instit. eod. l. cum in unâ, 17, §. fin.
ff. de appellat.

XC II.

In promptu causa est, tum quia pupillus ita obliga-
re ex quasi-contractu tam legatarii, quam creditori-
bus hereditariis : tum quia in heredibus multa sint metu-
enda, Vexatio, negotiorum multitudo, cumulus æris ali-
eni, offendæ, invidia,

§. heres quoq; Instit. de oblig. quæ ex cons. nasc. l.
quia poterat, 4. in fin. ff. ad SC. Trebell, l. more, 2, ff.
de adq. vel omit. hered.

XC III.

Sola tamen tutoris auctoritas super additione interpo-
fita, non sufficit. Ut enim pupillo hereditas adquiratur,
ipsius actus & voluntas est necessaria.

l. potuit, §. C. de Iure delib. *Ratio est eadem, qua in pro-*
curatore, quianemo hereditatem adquirere potest, nisi cui
delata est, l. si quis extraneus, 2, 1, §. sed ita, ff. de adquir.
vel om. hered. Defertur autem hereditas pupillo, &
non tutori.

Mixtu-

XCIV.

Mixtura ad hunc modum facta, pupillus, favorabiliter consequitur successionem, & quod Facto, hoc est, animi ipsius destinationi deest, suppletur approbatione & consensu tutoris.

I. pupillus, 9. ff. de adq. vel om. hered. Dico: favorabiliter, h. e. non summo Iure, sed benignitatis causâ, pro favore pupilli, ut hereditas acquiratur. Nam *revera in pupillo non est destinatio animi certa*. Neq; tamen, cum dico, cum posse hereditatem adquirere, sit contra præcepta Iuris, quæ desiderant destinationem animi, quia ut innui, quod judicio pupilli deest, suppletur auctoritate tutoris.

XCV.

Exceptio est in pupillo *infante*, cuius nomine tutor ex constitutione Theodosii rectè delata adit hereditatem.

I. si infant, 18. §, parente verò, C, de Iure deliber.

XCVI.

Dé *adulto*, in curatione constituto, idem dicendum, quod de pupillo, atq; ideo nihil magis adiverit hereditatem sine curatore, quam pupillus sine tutori.

t. t. C, de restit, in integ.

XCVII.

Tantopere autem voluntas eius, cui hereditas obvenit, est necessaria, ut nec furioso ex constitutione novâ Iustiniani, per solum curatorem hereditas adquiratur.

I. ult. §, tali itaq;, C. de curat, fur. vel prod. verbis: si quidem respuerit furiosus, & acquisitionem admiserit.

XCVIII.

Furioso, licet interdum comparetur is, cui lege bonis

D 3 inter-

21
interdicitur, a) in adquisitione tamen hereditatis ab eo differt. Nam furiosus tum demum curatori consensum præbet, cum cessat furore inquietari: prodigus semper auctore curatore potest adire, etiam si sanos mores nondum receperit. b)

a) l. his qui, 12, §. Divus, ff. de tutolib. & curatorib.
l. i. ff. de curatorib. furiol. b) l. mutum, §. §. eum, ff;
de adquir. vel om. hered.

IC.

Mutus sui Iuris adeundo hereditatem se obligat; alterius potestari subiectus, jussu domini pro herede gerendo, obligat dominum hereditati.

D. l. mutum, l. pater, 93. §. fin. ff. de adquir. vel om.
hered. *Certum enim à muto omnia negotia geri posse, in-*
quib' non est opus verbis expressis, aut alia solennitate, sed
sufficit consensus & voluntas, l. ubi voce, 124. ff. de R. I.

C.

Voluntas tamen illa & animi destinatio, ut ut ad adquisitionem heredis sufficere perhibeat: necesse tamen est, ut aliquo modo sive Facto eam mutus declaret & explicet.

Vel scripturâ, si scientia literarum sit prædictus, d. l. pa-
ter, §. i. vel nutu & signis, d. §. i. l. servò invito, 6. §.
§. si pupillo, ff. ad SC. Terbell.

CI.

His ita cognitis non laborandum erit de hereditate nondum aditâ, sit ne in bonis, nec ne? sanè cum ex aditione pendeat adquisitio, qui fieri potest, ut hereditas non adieta in bonis sit?

l. proinde, 8. ff. de reb. cred. ibi: *Heredis ex die adieta hereditatis videntur nummi suisse.*

Progre-

Progrediendum nunc ad MIXTA, sive ea, quæ partim Iuris, partim Facti, veluti est MANUMISSIO, ea Iuris est, ratione libertatis; Facti respectu ipsius actus.

I. manumissiones, 4. ff. de I. & I.

Religio verò mihi sit distingue inter Manumissionem, quæ fit testamento, & eam, quæ fit inter vivos, ut illam dicam Iuris, hanc Facti. Etenim si manumissio extra testamentum Facti esset, quî extinguere posset servitutem, quæ Iuris?

I. libertas 4. §. servitus, ff de stat. homin.

Gemina ratio militat in EMANCIPATIONE, nam & illa Iuris, si intueamur Ius patris familias; Facti, si actum.

Caius, lib. 1. Instit. t. Quib. mod. filii de pat.

Iuris esse, vel ex illo etiam evidenter apparet, quia collat patriam potestatem, quæ Iuris civilis est.

I. Imperator, 18. ff. de stat. hom. §. Ius autem, Instit. sed de patr. pot.

Eruditus quidam & clarus interpres putat, Emancipationem esse Iuris, si filius fam. à Legibus & Iure ipso fiat sui Iuris. *Facti, si à patre.

* Nempe morte patris sive civili sive naturali, patriciatus dignitate &c. De quib. in Instit. t. Quib. mod. Ius pat. pot. solv.

Hunc

CVII.

Hunc ego contra perspicua Iuris principia non impugnabo; si unicus textus ex toto Iure civili mihi adferetur, in quo habeatur, filium ipso Iure sui Iuris factum emancipari.

Emancipationem enim tantum à patre fieri, & esse modum inter plures tollendae patriæ potestatis, docemur ab ipso Imperatore, §. præterea, Instit. Quib. mod. pat. pot. solv.

CVIII.

COGNATIONEM quoq; putat dividendam esse in naturalem, a) *civilem*, b) *spiritualem*. c) Primam vult esse Facti; reliquas Iuris.

a) quæ sit ex sanguine; b) quæ ex adoptione. c) quæ ex Baptismo.

CIX.

Mihi magis placet divisio Modestini, quæ his verbis proponitur: *Cognitionis substantia bis fariam apud Romanos intelligitur. Nam quedam cognationes Iure civili, quedam naturali connectentur, nonnunquam utrōq; Iure concorrente, & naturali & civili copulatur cognatio.*

I, non facile 4, §. 2, ff. de gradib, & ad fin. & nom eor.

CX.

Civilis, quæ etiam legitima dicitur, sine Iure naturali consistit per adoptionem.

D. §. cognitionis, ibi; *civilis autem per se*. §. per adoptionem, Instit. de legit. agn. success.

CXI.

Naturalis per se sine civili cognitione intelligitur, eaq; per foeminam descendit.

D. §. cognitionis, v. & quidem,

Ita

C XII.

Ita vel naturaliter vel civiliter cognatio constituitur.
Utroq; iure consilit cognatio, cum iustis nupciis contractis
copulatur, quæ propriè agnatio vocatur, & per mares
contingit.

D. §. cognitionis, v. utroq; §. sunt autem, Instit. de
legit. agn. success. l. 2. §. 1. ff. de suis & legit. hered.

C XIII.

Quòd civilis sit Iuris, & vocabulum ipsum indicat,
& Paulus innuit, dum scribit, in adoptionem datum, his, qui-
bus agnascitur, & cognatum fieri s quibus verò non agnascitur,
nec cognatum fieri.

I. qui in adoptionem, 23. ff. de adoptionib.

C XIV.

Etsi enim adoptio imitatur naturam, & à splendidissimo summiq; ingenii Papiniano imago naturæ appellatur.

l. filio, 23. ff. de lib. & posth. l. adoptio, 16. l. quæsi-
tum, 34. ff. de adopt. §. minorem natu, Instit. cod.

C XV.

Eatenus tamen imitatur, quatenus per legem fieri po-
test, quæ lex non tribuit Ius sanguinis, quod est naturale; sed
solummodo Ius agnationis, quod est civile.

D. l. quod in adoptionem, 23. v. adoptio enim, ff. de
adopt.

C XVI.

Quando ergo dicit Paulus eum, qui adoptatus est, his,
quibus agnascitur, cognatum quoq; fieri: Et Ulpianus adstruit,
cognitionem etiam facere adoptionem, id non de naturali cog-
natione, sed civiliter tantum est intelligendum.

E

D. l. in

D. l. in adoptionem, l. 1. §. cognationem, 4. ff. Un-
de cognat.

CXVII.

De naturali res plana est. Videamus de mixta. Hanc
Iuris esse apertè constat ex illo, quia ex doctrinâ Iustiniani
omnibus modis capit is diminutione plerung perimatur.

§. sed agnationis, fin. Instit. de legit. agn. success.

CXVIII.

Dicit Imperator : Plerung. quâ particulâ exceptio in-
dicator, pura, si quis detur à patre naturali adoptandus ex-
traneo : Hoc enim casu hodiè non tollitur cognatio.

§. sed hodie, Instit. de Adopt. §. hoc solito, Instit. de
hered. quæ ab intest. l. pen. C. de adoption.

CXIX.

Intuitu verò Iuris sanguinis, non malè mixta ea co-
gnatio dicetur esse Facti, propterea quod Iura naturalia,
nullo Iure civili dirimi possint.

l. Iura sanguinis, 8. ff. de R. I.

CXX.

INSTITUTIO heredis, ut & SUBSTITUTIO, Iuris
rectè dici potest, si consideretur hereditas.

Est enim hereditas nihil aliud, quam successio in univer-
sum Ius, quod defunctus habuit, l. hereditas, 62. ff. de R. I.

CXXI.

Eandem tamen, si quis in Facto consistere statuerit,
nihil absurditatis invehet.

arg. l. sed si plures, 10. §. 1. ff. de Uulg. & pupill. subst.

CXXII.

Vir quidam eruditionis excellentissimæ Fauci tan-
tum

tum esse putat, hac ratione, quia servi possint heredes institui.

14

pr. Instit. de hered. instit. l. 3, & passim, ff. eod. l. pen,
C. de necess. hered. instit.

CXXIII.

Meminisse vero debebat, servorum institutionem ex personâ dominorum fundamentum capere.

l. non minus servos, 3 r. ff. de hered. instit. *Quod & in legato obtinet*, l. si mihi, 12. §. regula, ff. de Legat. 1. l.
debitor, 82. §. servo, ff. de legat. 2. l. et si maxime, 5. ff.
de servit. leg.

CXXIV.

Sententiam suam insuper hoc stabilire annititur,
quia institutio non transmittatur, quod argumento sit, esse
eam Facti.

l. si fratris, 3. l. quoniam, 7. C. de Iure deliber.

CXXV.

Id vero stabilem probationem non efficit, siquidem
hereditas ipsa, licet Iuris sit, non tamen, nisi adita, trans-
mittitur.

l. 1. §. in novissimo, C. de cad. toll. quæ & mens est d.
l. 3. & 7.

CXXVI.

Quid igitur rei, quod non transmittatur? Ratio re-
pertu est perdifficilis. Videtur tamen haec esse, *quia ante additionem non sit quis perfectè heres*, b. e. quia hereditatem,
licet institutus, non adquisiverit. Quod cum ita sit, qui potest ad alium transmittere, quod ipse non habet?

l. nemo plus Iuris, 54. ff. de R. I.

CXXVII.

Si consideremus Dominium, per quod Iure civili, h. e.

E 2 Iure

Iure proprio civitatis nostræ res nanciscimur, nemo am-
bigere possit TESTAMENTUM esse Iuris.

l. i. ff. de adquir. rer. dom. verb. quarundam *Iure ci-*
vili, h. e. Iure proprio civitatis nostræ. §. singulorum, In-
sit, eod.

CXXVIII.

Cuius rei etiam sit hoc argumentum, quod testamentum prius *Iure perfectum*, posteriore tollatur item *Iure perfecto*.

l. 2. ff. de injust. rupt. irr.

CXXIX.

Interpres tamen ille, cuius error de Emancipatione, suprà detectus, audacter confirmat, testamentum esse Facti, suamq; sententiam probat ex questionibus Pauli & Papiniani.

l. quidam, 132. ff. de V. O. l. actus legitimi, 77. ff.
de R. I.

CXXX.

Evidem haud inficier, etiam testamentum esse Facti,
si respiciatur testatoris voluntas, ex quâ ordinatio testamenti
proficiscitur...

arg. l. bonafidei, 48. ff. de adquir. rer. dom.

CXXXI.

Ut verò adsentiar Interpreti, viro alioqui doctissimo,
induci nullo modo possum, tūm quia nihil tale Paulus &
Papinianus docuerint, tūm quia ratio de LEGATO, quod
dicit esse Facti, sit invalida, cum sit potius Iuris.

arg. l. pen. iunctâ l. nam & cetera, 6. ff. de cap. min.

CXXXII.

Vix enim ullum legatum adeò est vile & exile, ut non
pariat Dominium, quod Iuris esse quis ignorat?

§. hac te-

§. hactenus, pen. Insti. per quas person. cuiq; adq. l.
legatum ita, 80, ff. de Legat. 2.

19

CXXXIII.

*Meri tamen Iuris legatum esse non temere statuero, præ-
fertim cum Iustiniano sit donatio.*

§. I. Instit. de legat. l. eas, g. ff. de cap. min.

CXXXIV.

Quæ res ansam mihi præbet exponendi naturam stipulationis & legatic conditionalis. De stipulatione ita Paulus: si filius fam. sub conditione stipulatus emancipatus fuerit, deinde ex stipiterit conditio, patri actio competit.

I. si filius fam. 78, ff, de V. O.

CXXXXV.

Diversimodè de Legato Pomponius. Ait enim *sifflios* familias legatum sub conditione relinquatur, & filius antec-conditionem emancipetur, legatum non patri, ut stipulatio, sed ipsi filio adquiri.

I. quælegata, 18. ff. de R. I.

CXXXVI.

In ratione huius differentiae maxima est difficultas, quam alii alias adferunt, sed ea videtur mihi verissima, quod stipulatio sit Iuris, & ab initio vires habeat sive accipiat, & proinde patri statim adquiratur, ut etiam ad heredem transeat.

1. ususfructus, 2. 6. ff. de stip. servor. d. l. si filius fam. 78.

ff. de V. O. §. ex conditionali, Institut. eod.

CXXXVII.

Solet enim pater heredi comparari. Quemadmodum enim pater cum filio, ita heres cum mortuo eadem censetur persona : licet in eo differant, quod res filii non

E 5 *quasi*

quasi hereditas, sed quasi peculium patri deservantur, etiam ca-
strenses, etiam intestati.

l. 2, ff. de castrensi pecul.

CXXXVIII.

Legatum autem condicionale, quia non statim ab initio, sed vim & effectum post mortem demum accipit, condicione pendente nihil Iuris neq; ad patrem, neq; ad heredem transfert; & proinde potius Facti est, quam Iuris, atq; in singulis momentis consistit.

arg. l. bonafidei, 48. ff. de adquir. rer. dom l. pen. ff.
de divers. temporal. prescript.

CXXXIX.

Adeò legatum contemplatione donationis etiam Facti est:
à quā tamen differt, quod invito quoq; illud acquiratur,
& ignorant, & furioso.

l. filiasfamilias, 16. §, 1. ff. Qui testam, fac poss.

CXL.

Quocirca eleganter Papiniānus: Si purè res relictā sit, &
legatarius non repudiavit defuncti voluntatem, rectā viā domi-
nium, quod hereditatis fuit, ad legatarium transit, nunquam
Factum hereditis.

l. legatum ita, 80. ff. de Legat. 2. fac. l. à Titio, 64. in
fin. ff. de furt. l. servum, 44. §, 1. l. si fundum, 81. §. l.
Titius, ff. de Legat, 1.

CXLI.

Diversum receptum est in donatione. *In invito enim*
ut nec donat, a) Ita nec ei donatur. b) Hinc Ulpianus: Non
poteſt liberalitas nolenti acquireti. c)

a) l. donari, 29. ff. de donat, b) l. invito, 69. ff. de R. l.
l. nec

20

I. nec emere, 16. C. de Iure delib. c) l. hoc Iure, 19.
§. non potest, ff. de donationib.

CXLII.

Ratio est, quia donatio non tantum dationem, sed etiam
acceptioem postulat: quae acceptio cum sit Facti & natura-
lis: non nisi per volentem fieri potest.

I. concilio, 7. §. quæsum, ff. de curat. fur. fac. l. 3. C.
de heredib. instit.

CXLIII.

DONATIONEM itaq; Facti esse, & ex illis patet, quæ
jam sunt proposita, & ex eo, quod ex liberalitate nascatur,
quæ certè liberalitas est naturalis.

I. sed & si lege, 25. §. consuluit, ff. de hered. petit.

CXLIV.

Quòd pertinere videtur *vetus illa differentia, quæ in cef-
sione nominis sive actionis erat inter emptorem & donatorem.*
Actio cessa titulo venditionis, etiam ante litem contesta-
tam transferebatur ad heredes emporis: Cessa titulo do-
nationis non item.

I. 2. C. de O. & A. l. illam subtilem, 33. C. de donat.

CXLV.

Cuius non alia videtur fuisse ratio, nisi quòd donatio
plus Facti contineat, & emptio plus Iuris.

arg. l. eas, 8. ff. de cap. min. l. donationes, 25. in fin. C.
de donat. inter vir. & uxor. l. si unus, 25. §. pactus,
ff. de pact.

CXLVI.

Ecquis autem nescit, ea quæ sunt Iuris facilius adhere-
dem transire, quam quæ sunt Facti, quæ videlicet personalia,
& personæ cohærere magis videntur?

l. fi

1. si statulibera, 6. §. fin. ff. de stat. lib.

CXLVII.

Porrò hæc subtilitas Iuris & Facti, quamvis in plerisq;
Iuris articulis insignem habeat usum : in quibusdam ta-
men Iustiniano displicuit.

ut in d. l. illam subtilem, 33. C. de donat. d. l. dona-
tiones, 25. C. de donat. inter vir. l. veteris, 13. C. de
contrah. vel com. stip.

CXLVIII.

Dixerit aliquis : Ergo donatio planè est Facti, neq; quic-
quam Iuris continet ? imò continet, licet plurimum Facti habeat.
Nam & à Iustiniano ponitur eo loco, in quo ordine expo-
nuntur modi civiles adquirendi dominii, a) & à Iavoleno
inter res, quæ dominium transferunt, refertur... b)

a) lib. 2. Instit. b) l. in omnibus, 55. ff. de O. & A.

CXLIX.

Dubietati verò nihil loci relinquetur tum, cum tradi-
tio inter venerit, a) licet hodie etiam ante traditionem
perficiatur... b)

a) l. qui id, 33. §. ea lege, ff. de donat. l. cum res, 4. C.
de contrah. empt. b) §. namq; Instit. de actionib.

CL.

Quod clarius ut eluceat, audiamus Scævolam, qui
redonata, sed mox, h.e. ante traditionem ab ipso donatore pi-
gnori data, postea tamè vacuâ eius possessione traditâ donatario,
donationem rectè factam & perfectam esse adserit, salvo tameno
creditori Iure suo pignoris.

l. fin. §. Lucius Titius, ff. de Donationib.

CLI.

Verisimile videbatur, donationem esse imperfectam,
cum

21
cum ad dominium requiratur traditio vacuæ possessionis,
qua h̄c minimè facta, propter rem oppignoratam.

l. si me in vacuam, 34. ff. de adquir. vel am. poss.

CLII.

Sed imperfecta non est, siquidem pignus non impedit, quo minus vacua possessio tradi possit, si videlicet pignoris possessio non fuerit translata in creditorem, quod plerunq; sit in rebus soli. Quidita *quia pignus non consistit in possessione, sed in iure.*

l. 3. §. fin. ff. Qui pot. in pign.

CLIII.

Traditio itaq; possessionis rectè h̄c facta dicetur.
per inductionem, qua est modus transferendæ possessionis
in rebus Soli.

l. fistulas, 78. §. fundum, ff. de contrah. empt. l. fundi,
33. ff. de adq. vel am. poss. l. rerum, §. ff. de vi &
viarm.

CLIV.

Subiunxit Scævola hæc verba : *Salvo tamen creditorī
Iure suo pignoris*. Scitè ! quanquam enim alioqui rei alienæ pignus non sit, quam h̄c esse aliquis dixerit, quia donator prius fundum donaverit, & postea pignori dederit.

l. 2. l. rem alienam, 41. ff. de pign. a ct. r. t. maximè ve-
rol. §. & l. 6. C. si res al. pign. dat. sit.

CLV.

Ambigui tamen Iuris non erit, pignus valere, si con-
templeris fundi donati dominium, quod ante traditio-
nem fuit adhuc donatoris.

l. qui saxum, 6. ff. de donationib. verb. *quia quodammo-*
do traditione meus erit.

F

Quid

L *CLVI.*

Quid multis? omnes omnino scrupulos omnibus facilius eximet illud Diocletiani & Maxim. rescriptum, quo monemur, *rerum dominia traditionibus, & non nudis conventionibus transferri.*

1. traditionibus, 20. C. de pact.

CLVII.

SERVITUTES, per excellentiam sic appellatae, licet in mero Facto atque usit consistere dicantur.

1. via, 17. ff. de servitutib.

CLVIII.

Adeò, ut si aliqua ex ijs legerur, ea, interveniente L. Falcidia præstari nequeat, & necessaria sit aestimatio.

1. lege Falcidia, 7. ff. ad L. Falcid.

CLIX.

Ex illâ ratione, quia earum usus sit ita connexus, ut qui eum partiatur, naturam eius penitus corrumpat.

D. l. via, l. pro parte, 11. ff. de servit. l. si fundum, 3. l. fin. ff. de servit. leg.

CLX.

Attamen Pomponium de fructuario dixisse scribit Ulpianus, *actionem confessoriam ei non dari.*

l. 2. §. fin. ff. si serv. vindic.

CLXI.

Quid ita? certè non alià de causâ, quamquid in ea queratur de *Iure*, & ea actio nulli alii competit, quam Domino fundi.

D. l. 2. §. hæc autem in rem actio, & §. fin. verbis: alibi enim de *Iure*, &c.

Eundem

CLXII.

22

Eundem verò interdicto de itinere uti posse, idem
Ulpianus ex ejusdem Pomponij sententia confirmat.

D.I.2. §. fin.

CLXIII.

In interdicto enim illo quæritur de *Facto*, an quis hoc
anno usus sit vel modico tempore, h. e. non minus quam
XXX. diebus.

D. §. fin. verbis: *alibi de Facto, ut in hoc interdicto queri-*
tur. l. i. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priv.

CLXIV.

Ususfructus Paulo IC. est Ius alienis rebus uten-
di fruendi salva rerum substantia, a) & eundem in Iure
consistere docet Iustinianus. b)

a) l. i. ff. de usufr. b) §. incorporales, Instit. de reb.
corp. & incorp.

CLXV.

Indè etiam in multis casibus dicitur pars domini.

l. 4. ff. de usufr. l. cum filius, 76, §, dominus, ff. de
legat. 2.

CLXVI.

Sed quid Ulpianus? *usumfructum consistere innuit ex Fa-*
cto aliquo eius, qui fruatur & utitur.

l. un. ff. Quando dies usufr. leg. ced.

CLXVII.

Iuris ergo & Facti erit unusfructus, quod patet ex in-
tegro illo textu, cuius præcipua capita, & ad hoc meum
institutum pertinentia proponam. Ait Ulpianus: *Legati*
usufr. diem cedere semel, aliter atq; si cui in dies, vel in menses,
vel in annos singulos quid legetur.

F 2

D.L

D. l. un. l. si in singulos. 4. ff. de ann. leg. l. i. C. quan-
do dies legat, ced. ubi aiunt Iuli. Non semel diem
eius legati cedere, sed per singulos annos, initio cuiusq; an-
ni. Ita in aliis cedet singulis mensibus, singulis diebus.

CLXVIII.

De usufructu dubitari poterat, *quia in Facto sive per-*
ceptione consistat, & tum demum sit, cum quis frui potest, quod
sit saepe & quotannis; Unde videbatur diem eius non semel,
sed saepe pro multitudine perceptionum cedere debere.

Sane qua in Facto consistunt, ea in momentis sunt posita, &
si Factum iteratur, ipsa quoq; sepius esse necesse est, l. i. §.
interdum, v. Celsus & Julianus, ff. de usufr. accresc.

CLXIX.

Verum hoc nihil obstante dicit IC. *Usufructus diem,*
semel cedere: eo ipso indicans, usumfructum non planè esse
Facti, sed quoad perceptionem sive fruitionem, à quâ Ius
ipsum sit distingendum.

l. si ususfructus fundi, 66. in fin. ff. de Iure dot.

CLXX.

Quamobrem autem aliter obtineat *in legato in dies, vel*
in mensis, vel in annos singulos, res plana est; tum quia pror-
sus in Facto illud consistat; tum quia sit multiplex & non
unum.

l. pen. ff. de cap. min. l. "cum in annos, 11. ff. de ann.
leg. l. cum in annos, 10. cum 2. LL. seqq. ff. quando
dies legat. ced.

CLXXI.

Adjungit tamen Ulpianus fieri posse, ut ususfr. saepe
cedat, puta si in annos, vel mensis, vel dies singulos le-
getur.

D. l.

D. l. un. v. unde quæritur, ff. Quando dies ususfr.
leg. ced.

23

CLXXII.

Probè! plura enim censemur legata, & singulis annis
& mensibus alius ususfr. atq; ita probavit Marcellus etiam
in eo, cui alterius diebus ususfructus legatus erat.

D.l. un. v. & puto, v. & ita. *Commemoratio enim tem-*
porum repetitionis potestatem habet, l. 2. §. si non, ff.
quib. mod. ususfr. am. *Adeo reuelè ususfr. sic potest legari,*
ut pote domino similis, uti & in diem constituit, l. ususfru-
ctus, 4. cum l. seq. ff. de ususfr. l. & puto, 16. ff. fam.
ercisc.

CLXXIII.

Differunt itaq; annum legatum, & in menses, & in
dies à legato ususfructus in eo, quoties dies cedit, de quo
modo dictum; & in illo, quando cedat, de quo hoc tenen-
dum, quod ususfr. cedat aditâ tandem hereditate, annui
& cæterorum legatumante additionem, & ipso tempore
mortis.

D.l. un. §. dies, ff. Quando dies ususfr. leg. ced. l. nec
semel, 12. §. item Celsus, ff. Quando dies legat. ced.

CLXXIV.

In ususfructu quare id receptum sit, eleganti Ulpianus
ostendit ratione, & ex ipsâ ususfr. naturâ de sumptu, quaæ asti-
matur ab eo ex fruitione sive perceptione, quaæ facti est.

D. §. dies, verb. *Tunc enim constituitur ususfr. cum quis*
sam fini potest.

CLXXV.

Quam quis non vehementer probet? quid verius dici
queat, quam cum demum esse usumfr. cum & perceptio
esse potest, sine quâ est inutilis?

F 3

Sanè

25

Sanè ususfructus non censetur esse in rerum natura,
antequam frui, & fructus ipsos percipere quis possit.
At fruitio ante aditionem nulla est, eo quod tum de-
mum possessio & traditio legati, ex qua pendent fructus,
fiat. Quodsi ususfr. vere non est ante aditionem, Er-
go nec dies eius antè cedere potest.

CLXXVI.

Alibi tamen aliam idem adfert rationem, à Iure cef-
sionis petitam, qua demonstrat, usumfr. ad heredem non
transferri, & idcirco frustra esse, si antè quis diem eius
cedere dixerit.

1. nam cum, 3. ff. Quando dies legat. ced.

CLXXVII.

Quod melius intelligetur, si meminerimus cessionis
dici legatorum finem præcipuum esse transmissionem ad
heredem, a) quoniam verò ad heredem ususfructus non
transmittitur, b) frustra diceretur cedere diem.

a) l. un. §. in novissimo, C. de cad. toll. b) §. finitur,
Instit. de ususfr.

CLXXVIII.

Annui legati diem à morte cedere dixi, licet me non-
lateat, illud àquè non transferri ad heredem. a) Discri-
men eliciendum esse autumo ex ipso mente testatoris, que
ea fuisse presumitur, ut annui, vel mensis, vel dies numeretur à
die obitus sui, quam presumptionem nemo temerè indu-
xerit in ususfructu legato.

a) l. in singulos, 8. ff. de ann. leg. b) nisi sorte & is lega-
tus sit vel in annos singulos, ut in d. l. un. v. unde quare-
ff. Quando dies ususfr. leg. ced.

CLXXIX.

Pergit Ulpianus, ait q; ob eam causam (quod videli-
cet

cet ususfr. legati dies non cedat ante aditionem hereditatis) & si servo hereditario ususfr. legetur, Iulianum scripsi, quamvis cætera legata hereditati adquirantur: in ususfr. tamen personam domini expectari, quæ uti & frui posset.

D. I. un. §. dies, v. hac ratione, ff. Quando dies leg.
usuſfr. ced.

CLXXX.

Quæ Iuliani sententia eâ nititur ratione, quòd hereditati non adquirantur illa, in quibus vera persona requiritur, ut est ususfructus, qui debetur personæ,

init. t. Instit. de usuſfr. l. usuſfructus, 26. ff. de stipul.
servor.

CLXXXI.

Perceptio sanè, quam Facti esse multoties declaravi, personam desiderat, non fictam, qualis hereditas, quæ defunctum repræsentat, cum fictiones locum habeant in ijs, quæ sunt Iuris, & non in ijs, quæ sunt Facti.

arg. l. quod dicitur, 130. ff. de V.O.

CLXXXII.

Prætermittenda hîc est minimè celebris illa dissensio, quæ censetur esse inter Ulpianum & Celsum. Illa enim, quam graviter exercuit ingenia veterum & recentiorum Interpp. tam feliciter ex hoc principio dirimetur..

l. I. §. deniq; ff. de usuſfr. adcreſc. l. & Proculo, 20. ff. de legat. I.

CLXXXIII.

Species Facti est: Testator servo communi fundi usumfr. legavit, alter ex Dominis repudiat legatum, queritur, an eius portio alteri dominorum adcreſcat? Ulpianus adfirmat,

D. I. I. §. deniq;

Con-

CL XXXIV.

Contrà Celsus, & Proculo placuisse, & à patre sic accepisse ait, quod servo communi legatum sit, si alter dominorum omittet, alteri non ad crescere.

D. I. & Proculo, 20, ff. de Legat, I.

CL XXXV.

Videri poterant hæc esse contraria, sed non sunt. Loquitur enim Ulpianus de usufructu: Celsus de proprietate.

Melius enim & rectius hac distinctione res illa componetur, ac si cum alijs fatear, nihil me habere, quomodo Celsi partes defendam, nisi in eo quoq; ipsum cum patre & Proculianis diffensisse à Sabinianis.

CL XXXVI.

In usufructu servo legato ideo locum habet Ius ad crescendi, quod usufructus sit Ius planè personale, unde potius servi persona inspicitur, quam domini.

I. 3, §, ult. ff. Quib. mod. ususfr. am. I, ult. C. de usufr.

CL XXXVII.

Aliud receptum est in proprietate sive dominio, quod reale potius & planè Iuris est, neg. momento in servo consistit: Cum usufructus habeat aliquid facti propter perceptionem sive fruitionem.

I. placet, 79, ff. deadq; vel om. hered, I. un. ff. Quando dies usufr. leg. ced.

CL XXXVIII.

Mixtum esse usumfructum, etiam, ex illo deprendi potest, quod fructuarius recte cum alijs vendat & donet.

I. arboribus, 12. §. usufructuarius, I. cui usufructus, 67, ff. de usufr.

Quam-

CLXXXIX.

25

Quamvis inter emptionem & donationem hæc sit
differentia, quod fructarius uti videatur emptore non
utente: contrà si donatarius non utatur, nec fructarius
videatur uti.

l. non utitur, 38. v. planè, l. quod si, 40. ff. de ususfr.

CXC.

Cuius differentia hanc rationem adserit *Caius*, quia
i. qui *precio fruitur*, non minus habere intelligatur, quam qui
principaliter *utatur fruitur*.

l. quia qui, 39. ff. eod. h. e. *quia in emptione fructarius*
aliquid recipi loco rei, ita ut re ipsa fruitur; in donatione
nihil recipit.

CXCI.

Idem tamen usumfructum nullo modo cedere potest
extraneo.

§. finitur, *Instit.* eod. h. e. *Ius ipsum ususfructus in alium*
transferre nego vendendo, nego donando, nego alia via po-
test. Et si transferat, nihil agit, ut loquitur Imp. in d. §.

CXCII.

Alias enim id sequi necesse fit, contra certas & mani-
festas leges Ius personæ ad alium posse transferri.

l. sicut, 3. §. fin. ff. Quib. mod. ususfr. am.

CXCIII.

Exindeliqueret, posse fructuarium perceptionem fru-
ctuum vendere, donare, quæ res Facti est: at usumfru-
ctum, h. e. *Ius ipsum in extraneum non posse transferre,*
a) licet in Dominum possit. b)

a) D. §. finitur, l. si ususfructus, 66. ff. de Iure dot.

G. Redder

25

*Redderet enim rem deteriorem, dum fieret ususfructus
diuturnior. b) Est enim regula Iuris antiqui, omnes licen-
tiam habere his, que pro se introducta sunt, renunciare, l.
si quis, 29, C. de pact. l. si iudex, 41. ff. de minorib.*

CXCIV.

*Propositionibus hisce de usufructu non adeò fortasse
infructuosis, adijcam quasdam de submissionibus fetuum,
quem insignem locum accurate tractant Ulpianus &
Pomponius.*

*l. arboribus, 12. §. fin. l. vetus, 63. §. fin. l. vel inutili-
um, 69. cum l. seq. ff. de usufr.*

CXCV.

*Submittere (inquit Ulpianus) Facti est, h. e. nihil aliud
est, quam dispertire & divisionem quandam facere capi-
tum gregis, ut intelligatur, quæ capita sint proprietarii,
quæ fructuarii.*

l. quid ergo, 70. §. fin. ff. de usufr.

CXCVI.

*Videbatur potius esse Iuris, quandoquidem per sub-
missionem Dominium submissorum proprietario adqui-
ritur.*

d. l. quid ergo, 1. §. interim.

CXCVII.

*Cæterum rectè constat esse Facti, quoniam submit-
tere idem est, ac factū illud præstare toties, quoties gregis,
vel armenti, vel equitii, h. e. universitatis ususfructus le-
gatus est, puta substituere, sufficere, supplere.*

D. l. quid ergo, §. sed quod dicirur.

CXCVIII.

*Neq; refert, quod inde sequatur dominium, quod est
Iuris,*

Iuris, cum & traditione dominium oriatur,

I. traditionibus, 20. C. de pact. l. consilio, 7. §. fin. ff.
de curatorib. fur.

CXCIX.

Affinitas quædam cum usufructu est D O T I, quam
contemplatione dominii, quod marito acquiritur, si Iu-
ris quis esse dixerit, meo iudicio non peccabit.

Instit. Quib. alien. lic. vel non, verb. *quamvis ipsius sit,*
I. cum pradium, 23. §. idem respondit, 4. ff. ad Muni-
cip. l. doce, 9. C. de R. V. ubi dicitur *maritum res do-*
tale vindicare, non uxorem. *Quis vero dubitet, quin rei*
vindicatio competit Domino. l. in rem, 23. ff. de R. V.

CC.

Contemplatione autem fruitionis, ex re dotali pro-
fectæ, omnino facti erit.

arg. l. un. ff. quando dies ususfr. leg. ced. l. si ususfru-
ctus, 66. ff. de lare dor.

CCI.

Digrediar ad U S U M, qui similis usufructui, quod is
quocq; sit servitus personæ, ijsdemq; modis & constitua-
tur & finiatur...

l. 1. ff. de servit. l. omnium, 3. §. fin. ff. de ususfr.

CCII.

Sed differt ab eodem cum in aliis, tum in hoc, quod
fructuarius omnem rei utilitatem percipiat: a) Usuarius
non omnem, sed exiguum, sive tantulum, quæ ipsi sit fa-
tis ad usum vitæ quotidianum: b) Ille perceptionem fru-
ctuum ad alium transferre potest: c) hic non item. d)

a) l. Mævius, 66. §. pen. ff. de Legat. 2. b) §. minus,
Instit. de usu & hab. c) l. arboribus, 12. §. 2. l. cui usus-

G 2 fructus.

fructus, 67. ff. de usufr. d) l. sed neq; 8. l. inq; eo, 11.
ff. de usu & habit.

CCIII.

Ista verò differentia toleranda non est, quam adfert
magni nominis interpres, suaq; Gallia ornamentum pla-
nè singulare, qui vult, usum magis esse Iuris, quam Facti; &
usum fructum magis esse Facti, quam Iuris.

tractat, s. ad African.

CCIV.

Operæ-precium erit, examinare hic integrum Afri-
cani locum, ut & pateat dictæ differentiæ absurditas, &
alia, quæ commentus est interpres, removeantur. Ait,
Africanus: Filiofamilias, vel servo, adiun'usu legato; & utile
legatum esse existimo, & eodem modo persequitionem eius com-
petituram, quod competert, si fractus quoq; legatus esset. Itaq;
non minus absente, quam præsente filio, servo; & pater, domi-
niu'ue in his cedibus habitabit.

l. 17. ff. de usu & habit.

CCV.

Cui possibile fuit vel summo digito Iuris civilis vo-
lumina tangere, illi obscurum esse non potest, usum esse
Facti, & aliquid personale, quod ipsum impedimento futu-
rum videbatur, quamobrem ad patrem aut Dominum
non transiret.

argl. qui heredi, 44. ff. de condit, & dem, l. quod dici-
tur, 130. ff. de V.O.

CCVI.

Nihilominus Africanus ait, eiusmodi legatum esse
utile, usumq; patri aut domino adquiri, vel quia in usu ali-
qua contineatur utilitas ad patrem & dominum redundan-
dans,

dans, vel quia usus non est ita angustus & personalis, quin
liceat saltem conjunctissimas personas recipere.

27

l. 2. §. 1. cum 2. LL. seqq. ff. de usu & hab.

CCVII.

Addit: *absentiam filij vel servi non impedire, quo minus*
pater dominus ve utatur, quod fit propter summam con-
junctionem inter patrem & filium, & jus adquisitionis,
cuius hodie tanta est potentia, ut nec mors filij vel servi
extinguat legatum, patre dominove etiamnum super-
stite.

l. ult. C. de usufr.

CCVIII.

Atq; haec tenus de responso ipso Africani, & rationibus,
quibus suffulcitur. Inspiciamus quae attulit magnus in-
terpres. Opinatur ille rationem dubitandi ind. l. 17. hanc
esse, *quod usus sit Ius merum*: at ego potius dixerim esse
Factum.

arg. l. usus, 19. ff. de usu & hab. ubi usus dicitur indi-
viduus, non aliam ob causam, quam quod in Facto
mero consistat,

CCIX.

Quippe si Ius esset usus, nulla emerget dubitatio,
quandoquidem *Iura omnia statim adquiruntur patri, & mul-*
tō magis Domino; Facta non omnimodo.

l. placet, 79. ff. de adq. vel om. hered. §. sed cum Fa-
ctum, Instit. de inutilib. stip.

CCX.

Filium familias nullius Iuris capacem esse existimat. Ma-
le! cum enim sit liber homo, quidni Iuris sit capax?

l. si longius, 18. §. 1. l. tam ex contractibus, 57. ff. de
G 3 iudic.

55
iudic. l. 3. §. 60. ff. de pecul. l. filius fam. 39. ff. de O.
& A. ubi ait Caius, *filium fam. ex omnibus causis tan-*
quam patrem familias obligari.

CCXI.

Ex istâ Iuris incapacitate, quam comminiscitur, effi-
ci putat, ut dubitetur, an filius familias rectè sibi stipuletur,
Habere licere? cum ea stipulatio Ius in se contineat.

I. stipulatio ista, 38. §. hi qui, ff. de V. O.

CCXII.

Id verò ab Ulpiani mente alienum, qui *de servo qua-*
stionem motam ait, an rectè stipuletur, non de filiofamilias.

D. §. hi qui, verb. sed servus fuerit stipulans, &c.

CCXIII.

Eadem de causâ non finisse quæsitum scribit de usu
fructu, an filiofamilias legari possit, *quia sit Ius*. Imò cum
sit Ius, econtrariò quæsitum non finisse rectè statuero.

D. l. filiofamilias, 17. ff. de usu & habit. verb. compe-
teret, si fructus quoq; legatus esset.

CCXIV.

Vetus est proverbium, quo *vara vibiam sequi perhi-*
betur, quod accidisse quoq; summo interpreti censueris.
Ille humani aliquid passus ubi scripserat, usumfructum
esse Facti, usum Iuris; exinde concludit, *illum eā de causâ*
esse dividuum, hunc individuum.

Id verò apertissimis repugnare Iuris principiis facilè pater-
ex illis, quæ de usu & usufructu hactenus memorata
sunt.

CCXV.

Hæc & de responso Africani, & de interpretatione
incomparabilis Iurisconsulti, ex quibus manifestè elucet,
usum-

26

*usumfructum revera Iuris esse, & usum factis quem tamen &
Iuris aliquid habere illud arguit, quod capitum minutione
perimitatur.*

1. 3. in fin. ff. de usufr.

CCXVI.

Proximum est, ut dispiciatur de HABITATIONE,
quæ facultas gratis per se habitandi in alieno, ad certum tempus,
& plerumq. quamdiu habitator vivet.

1. si habitatio, 10. §. utrum, ff. de usu & habit.

CCXVII.

De qua olim dubitatum fuit, an ad *usum*, an ad *usum-
fructum* esset referenda, ut & de *Emphyteusi*, quæ à quibus-
dam locatio, à quibusdam venditio existimabatur.

1. cum antiquitas, 13. C. de usufr. §. adeo, Instit. de
Locat. & conduct.

CCXVIII.

Et usui quidem adeò propinqua erat habitatio, ut &
eius nomine contineri putaretur usus, a) & effectu idem,
penè esse usus & habitatio dicentur. b)

a) l. si. Titio, 33. ff. de usufr. b) l. si. habitatio, 10. ff.
de usu & habitat.

CCXIX.

Rectius autem Habitatio tertium tandem Ius, distin-
ctum ab usufructu & usu haberi cœpit.

§. Sed si cui, Instit. de usu & habit. d. l. cum antiqui-
tas, 13. C. de usufr.

CCXX.

Communia inter eam & Usūm sunt, quod tūmis, cui
usus ædium, tūmis, cui habitatio concessa est, & per se ha-
bitare

bitare debent, non per alium : a) quod Ius suum nec ad heredem transmittere, nec alij cedere possunt : b) quod personas, quas uni licet recipere, easdem etiam alteri liceat. c)

a) l. cæterum, 4. l. sed neq; 8. ff. de usu & habit. b) l. si habitatio, 10. d. t. c) l. 2. & al. LL. ff. d. t.

CCXXI.

Differunt tamen, quod usus, ceu ususfructus, quinque modis finiatur, nimirum morte, capitis diminutione, non-utendo, consolidatione & rei interitu. a) Habitatio tribus; non capitis diminutione, neq; non-utendo. b)

a) pr. Instit. de usu & hab. & hinc est, quod in ff. est communis t. Quib. mod. usus vel ususfr. am. b) l. habitatio, 10. ff. de usu & habit.

CCXXII.

Habitatio enim est Facti, & naturaliter consideratur: quæ verò sunt Facti, illis duobus modis non tolluntur.

D. l. 10. l. pen. ff. de cap. min. l. i. 2. 5. ff. de oper. servor.

CCXXIII.

Porrò evenit interdum, ut in habitatione paulò plus sit Iuris, quam in usu. Is enim qui habitationem habet, eam locare alij potest, a) qui usum, non potest. b)

a) §. sed si cui. Instit. de usu & habit. l. cum antiquitas, 13. C. de usu fr. b) l. in q; eo, 11. ff. de usu & habit.

CCXXIV.

Vice-versâ usus nonnunquam plus continet, quam habitatio: nam hec tantum Ius habitandi; usus & habitandi Ius, & alimenta necessaria continet.

l. plenum, 12. §. 1. ff. d. t. l. legatis, 6. ff. de alim. vel cibar. legat.

CON-

C O N D I T I O reddendarum rationum cum partim
in dando, partim in faciendo sit posita, alia erit Iuris, alia
Facti.

l. cum servus, 82. ff. de condit, & demonstrat. ubi de
hac condicione ait Callistratus: *Nos nego conditionem*
meram putamus esse, quae in datione existit: nego meram
condicione, quae in Facto sit: sed eam conditionem, quae
ex mixturâ quadam consistit.

S T I P U L A T I O N E M Iuris esse, praeter ea, de quibus
suprà multis explicatum, etiam clare patet ex verbis Mo-
destini, ita inquit: *Ea, quae civiliter adquiruntur, per eos,*
qui in potestate nostra sunt, adquirimus, veluti stipulationem.

l. ea quae civiliter, 53. ff. de adquir. rer. dom.

Civilem esse dicit, intuitu videlicet finis sive effectus, h. e.
obligationis & actionis, quae ex stipulatu nascitur.

pr. Instit. de O. & A. l. obligationum, 3. ff. de O. & A.
l. si unus, 27. §. pactus, ff. de pacto.

Ad actum sanè si respiciamus, h. e. ad interrogatio-
& responsum, haud dubie stipulatio Facti & naturalis erit
existimanda, ut etiam alii contractus.

l. consilio, 7. §. quæsumus, ff. de curator. fur.

S O L U T I O alia est civilis, alia naturalis. *Civilis* est Iu-
ris, sive Iure contingit, & propriè ac specialiter liberatio
nuncupatur.

Rer.
l. liberationis, 47. ff. de v. §. l. solutionis verbum, § 4.
l. prout, 89. ff. de solutionib.

CCXXX.

Naturalis est *Facti*, de quâ sic *Marcianus* : *Solutampe-*
cuniam intelligemus utiq; naturaliter, si numerata sit creditoris.
l. *solutam*, 49. ff. de *solut. fac.* l. *pen.* ff. *ecod. tit.*

CCXXXI.

Minimè verò híc adsentior viro cuidam docto, qui
solutionem quidem Iuris & Facti esse non negat, sed op-
natur, *omnem liberationem non esse solutionem*, quamvis o-
mnis solutio sit liberatio.

per l. sub condicione, 16. l. solutione, 23. l. si creditor,
26. ff. de *solut.*

CCXXXII.

Habent enim se invicem hæc duo, non tanquam ge-
nus & species, sed tanquam causa & effectus, & propterea
si qua liberatio est, solutio est; si qua solutio, liberatio.

D. l. *liberationis*, 47. ff. dev. §. l. *hoc Iure*, 86. ff. de
solutionib.

CCXXXIII.

An *Possessio* sit *Facti*, an *Iuris*, an deniq; *Iuris* &
Facti, valdè controversum est apud interpretes. Inter-
dum enim negatur esse *Iuris*, & dicitur esse *Facti*.

l. i. §. *furious*, 3. verb. eam enim rem *Facti*, non *Iu-*
ris esse, l. deniq; 19. ff. ex quib. caus. maior.

CCXXXIV.

Contrà dicitur plurimum ex *Iure* mutuari, & non
tantum esse *corporis*, sed etiam *Iuris*.

l. *possessio*, 49. in pr. & §. i. ff. de *acquir. velam. poss.*

Pleriq;

Pleriq; & rectè nisi fallor existimant, possessionem obtinere mixtam naturam, & in se consideratam pro usu & rerum insistentiâ, dici Facti; Iuris vero, quo ad effectum & virtutem possessioni tributam.

arg. l. nemo, i o. C. de adquir. vel retin. posse,

Atq; his in effectu consentire videntur, qui docent, possessionem esse Iuris, ratione dominii, quod parit, & quando pro possessione conservanda Ius nobis est quæsitum: esse Facti, ratione comprehensionis, & quo ad actum ipsum corporalem insistendi;

Quæ doctrina utiq; verissima confirmatur passim t. t.
de adquir. poss.

Nam quod alii distinguunt inter *naturalem* & *civilem*, possessionem, & illam dicunt Facti, hanc Iuris & Facti, illud recipiendum non est; cum naturalis quoq; possessionem non tantum Facti, sed & Iuris sit. Ecce! *Fructuarius* possidet naturaliter propter *usumfructum*, non dominii, sed *ususfructus* Iure, & Ius utendi fruendi potius, quam fundum.

l. adquiruntur, i o. §. fin. ff. de adquir. rer. dom. l. i. §. unde est quæsitum, ff. Quod legator.

Qui si naturali possessione dejectus sit, datur ei interdictum. Unde vi.

l. 3. §. pen. ff. de vi & vi arm.

Creditor item corporale pignus possidet naturaliter. Iure pignoris, a) quia à debitore possessio dimissa, & in eum translata est. b)

H 2

a) l. in

a) l. in hac, 3. §. fin. ff. ad exhib. b) l. cum & sortis, 35.
§. pignus, ff. de pign. act.

C C X L .

Ita tamen est translata, ut per eum debitor possideat,
& usucapiat, quamdiu vivit, nec sibi suoq; nomine credi-
tor, nisi post mortem debitoris.

l. pignori, 13. ff. de usucap. l. cum notissima, 7. §. sed
cum illud, C. de praescript. 30. vel. 40. annor.

C C X L I .

Est ergo *naturalis quog. posseſſio Iuris*, quamvis propriè
Facti sit. *Civilis & vera posſeſſio est partim Facti, partim Iu-
ris*. Hæc multos habet effectus Iuris, illa non item. Et
hinc est, quod illa in servum cadat, hæc non cadat.

l. stipulatio ifta, 38, hi qui, cum §. seq. ff. de V. O.

C C X L I I .

Magna verò huius rei est utilitas. Nam quod posſeſſio
sit Facti, ex eo sequitur, *pupillum etiam sine tutorе posſeſſio-
incipere posſidere, ſi modo eius etatis sit, ut intellectum capiat.*

l. 1. §. furiosus & pupillus, v. o filius, l. quamvis, 32. §.
fin. v. pupillus, ff. de adq. vel am. poss.

C C X L I I I .

Est enim *naturalis posſeſſio nuda tantum rei detenta-
tio, neq; requirit authoritatem tutoris, quæ est Iuris*.

D. v. o filius, §. 1. Instit. de tutel.

C C X L I V .

Non tamen ut pupillus posſeſſionem adquirit nudè
rem adprehendendo, ita & nudè eam abiiciendo vel diſ-
cedendo posſeſſionem alienare potest.

l. pupillus, 11. ff. de adquir. vel amit. poss.

Etsi

CCXLV.

Etsi enim *possessio naturalis* est *Facti*: tamen & *animum* requirit, tam in amittendo, quam in adquirendo, qui in pupillo ut-ut sit, est tamen infirmus,

I. quemadmodum, 8. ff. d. t. §. pen. Instit. de obligat.
quæ ex del. I. pupillum, 111. ff. de R. I.

31

CCXLVI.

Quid? quod modò ostensum, naturalem *possessio-*
nem non tantum esse *Facti*, sed etiam *Ius aliquod* contine-
re. Verissimum autem est, pupillum nihil *Iuris* sine tu-
tore possè alienare.

§. nunc admonendi, Instit. quib. mod. al. lic. vel non,
I. pupillo, 15. ff. de solutionib.

CCXLVII.

Ex eodem sequitur, *captum ab hoste possessionem rerum*
suarum amittere, sed Iura earum retinere.

I. cum heredes, 23. §. in his, ff. de adq. velam. poss.

CCXLVIII.

Ecquid enim possit possidere, cum ipse ab alio pos-
sideretur..

I. homo liber, 54. ff. de adquir. rer. dom. l. ait Prætor,
23. ff. ex quib. caus. maior, I. quæ in servitute, 118. ff.
de R. I.

CCXLIX.

Quæ ratio stricto Iure convenit & dominio & posses-
sioni, ut scilicet is, qui est in alieno dominio, neq; domi-
nium neq; possessionem retinere possit. Singulari autem
Iure receptum est, ut dominium non amittatur capti-
vitate.

H 3

D. I.

D. I. cum heredes, §. in his, verb. in retinendo Iurare-
rum suarum singulare Ius est.

15

CCL.

Ratio differentia est facilis, quia lex, aut interpretatio
ars Iuris facere potest, ut captus ab hoste Iura non videatur
amittere, sed retinere: at in possessione, quia ea est facti & na-
turalis, atq; corporalem comprehensionem postulat, non potest
lex vel ars & fictio Iuris facere, ut ea non interrumpatur,
vel non amittatur.

I. si is qui pro emptore, 15. ff. de usucaptionib.

CCLI.

Deniq; ex eodem sequitur, possessionem non adquiri igno-
ranti, nisi ex causa peculiari, cum Ius adquiratur ignoran-
ti & dormienti, imo invito.

I. etiam, 32. ff. de adq. rer. dom. l. i. §. item adquiri-
mus, l. quod servus, 24. l. peregrè, 44. §. quæstum, ff.
de adq. velam. poss. l. nunquam, 31. §. si servus, l. ju-
sto, 44. §. fin. ff. de usucap. l. qui à servos, 16. ff. de-
O. & A.

CCLII.

Addidi: *Nisi ex causa peculiari*: Toto enim cælo illos
errare puto, qui volunt, etiam extra rem peculiarem pos-
sessionem per servum quæri ignorantis, quia Ulpianus
scripsit, *servum Domino adquirere possessionem ignorantis*,
nec adjecerit, in re peculiari.

I. si me, 34. §. servus quoq; ff. de adquiri, vel am. posses.

CCLIII.

Quasi verò non sæpe quid in uno loco proferatur,
simpliciter, quod tamen aliunde distinctionem recipiat!

I.

H.

Vid. I.

Vid. l. si servo, 28. ff. de usucap. ubi simpliciter furiosus
Et infans usucapere per servum dicuntur, quod utiq; in-
telligentum in re peculiari.

CCLIV.

Producunt quoq; autoritatem Pauli, ac si tradat Do-
minus ignorantem per servum possidere, immo usucape-
re, sive peculiari, sive domini nomine rem teneat.

l. nunquam, 31. ff. cod. t.

CCLV.

Ea verò mens Pauli non est. Quærit enim principali-
ter, an Dominus, qui per servum possidere & usucapere cæperat,
postea desinat possidere & usucapere propter servi furorem super-
venientem? Quod negat. Et rectè! Furor enim est Facti, &
proinde non interrupit Usucaptionem, quæ est Iuris.

l. bonæfidei, 48. §. 1. ff. d. t.

CCLVI.

Nituntur insuper verbis Iavoleni, qui adserat, servum
Domino ignorantι adquirere possessionem justam, non vero in-
justam. Quis enim non videt, verba Iavoleni de causâ pe-
culiari esse intelligenda?

l. quod servus, 24. ff. de adquir. vel amittend. poss.

CCLVII.

Ergo igitur ita concludendum erit: *Quod quis per se*
non adquirit ignorans, id neg. per servum ignorans adquirit:
Possessionem vero per se non adquirit ignorans, Ergo
neq; per servum sic adquiret.

Est enim possessio Facti & animi, & omnimodo scien-
tiam requirit, l. I. §. 3, & l. 3, §. 3, ff. d. t.

Exce-

CCLVIII.

Exceptio est duplex, una in *re peculiaris*, de qua modo dictum, cuius haec est ratio, quia domino, cum semel consenserit, grave & molestum sit futurum, si cogeretur ad singulare momentum noviter consentire, & singulas species aut causas peculii sive rerum peculiarium inquirere.

1. peregrē, 44. §. quæsumit, ff. d. t.

CCLIX.

Est & haec ratio, quod peculio acquirens servus videatur sibi adquirere, & non Domino. Est enim servi quasi pusillum patrimonium: & proinde servi voluntas & animus præcepue spectatur...

1, 2. §. si servus, cum §§. seqq. ff. proempt.

CCLX.

Altera exceptio est in *Procuratore*, per quem ignoranti quoq; adquiritur possessio.

§. ex his. Instit. per quas pers. cuiq; adq. l. si me invacuam, 34. ff. de adq. velam. possit.

CCLXI.

Quamvis autem, quoad possessionem similitudo sit inter procuratorem & filium familias & servum, cum adquirunt ignoranti: dissimilitudo tamen est inter eos, quo ad usucacionem. Quæcunq; enim Procurator, eadem & Dominus, licet ignorans, possidet, sed non usucapit, nisi sciens.

1 possessio; 49. §. ult. ff. de adquir. velam. possit.

CCLXII.

Verum quæ filius familias, quæ servus possidet peculiariter, ea Dominus non tantum possidet, sed etiam usucapit ignorans.

1. i. §.

1. i. §. item adquiritimus, ff. d. t. l. Labeo, §. l. nunquam,
31. §. si servus, ff. de usucap.

33

CCL XIII.

Diversitatis ratio inter procuratorem & inter filium-familias & servum; item inter possessionem & usucacionem, hæc est, quia possessio sit & Iuris, & Facti: Sed usucacioni Iuris. Hæc per liberam personam non adquiritur: Illa ut adquiratur, partim utilitatis causa, partim etiam Iuris prudentia receptum est.

D. §. ex his, Insti. per quas pers. cuiq; adq. l. solutum,
11. §. per liberam, ff. de pign. act. l. i. C. deadq. vel
ret. poss.

CCL XIV.

Utilitatis causa certa est & manifesta, quia procuratorum usus cum sit planè necessarius, valde esset incommodum, si procuratorib. permitteretur emere, mutuum pertere, aliaq; negotia obire, & tamen nihil possent accipere, aut Domino adquirere.

t. t. ff. & C. de procurat.

CCL XV.

Iuris ratio est obscurior. videtur autem hæc esse, quia possessio sit partim Facti, & naturale quid habeat. Iam verò regulæ & Iuris prudentia suadet, ut in naturalibus homo homini proficit, ut solvendo unus pro altero eum liberet, etiam invitum & ignorantem.

l. solvendo, 39. ff. de negot. gest. s. servus ea lege, 7. in fin. ff. de serv. export.

CCL XVI.

In civilibus, sive ijs, que planè sunt Iuris, non ita temere conceditur, ut homo liber alienis se rebus immisceat.

culpa,

l. culpa, 36. ff. de R. I.

CCLXVII.

Hic per opportunè refelli posse existimò illorum sententiam, qui contendunt, possessionem esse usum quendam ret. Id enim est prater mentem Iaboleni, qui in ea significacione possessionis verbum nunquam accepit.

quaestio est, 115. ff. de V. S.

CCLXVIII.

Usus enim rei neq; genus, neq; forma, neq; finis, sed effectus est possessioni cum Dominio & pleriq; aliis causis communis.

l. qui scit, 25. §. fructus, 45. ff. de usur, l. si in lege, 203. ff. de v. S.

CCLXIX.

Deinde eiusdem rei possessores eodem possessionis genere simul & semel in solidum esse nequeunt: a) Usus antem eiusdem rei ex eadem causâ simul plurium in solidum esse potest. b)

a) l. possideri, 3. §. ex contrario, ff. de adq. velam.
poss. b) l. si ut certo, 5. §. fin. ff. commod.

CCLXX.

Possessionem item retinemus per quemcunq; qui nostro nomine sit in possessione, vel rem corporaliter teneat, veluti per procuratorem, hospitem, amicum, colonum, inquilinum, commodatarium, depositarium, conductorem &c. a) At unus omnimodo transfertur. b)

a) l. generaliter, 8. l. si quis rem, 20. l. si id quod, 25. §.

l. si aliquam, 28. l. qui universas, 30. §. quod per co-

lonum, & §. si ego, cum duab. LL. seqq. l. res pigno-

ris 34. l. si de eo, 40. in pr. & §. l. ff. de adquir, vel am,

poss.

possit. rei commodatae, &c. l. seq. ff. commod. b) l.
1. l. 3. §. fin. l. teq. l. §. §. fin. l. eum qui rem, 10. l. ad
eos, 19. ff. commod.

34

CCLXXI.

Tandem ambiguitas & perplexitas exsisteret, si pos-
sessionem dicere mussemus esse rei usum, quem pro servitute,
seu Iure utendi re alienâ, salvâ eius substantiâ, Iuriscon-
sulti usurpant. a) Inde manifestum est, Iaboleno nunquam
venisse in mentem, ut possessionem appellaret usum. b)

t. r. Inst. de utru & hab. b) l. quæstio est, 115. ff.
de V. S.

CCLXXII.

His ita propositis, tractandum erit de eo, QUARE
QUID SIT IURIS ET FACTI, & unde cognosci possit,
quaeratio huius argumenti est summa & gravissima.

CCLXXIII.

Nonnulli dicunt, illud esse Iuris, quod à Lege & Iure
sit introductum; Facti, quod ab homine & naturâ.

CCLXXIV.

Alli mentem convertunt ad differentiam animi &
corporis, existimantes ea esse Iuris, quæ animo; Facti, quæ cor-
pore explicari soleant.

CCLXXV.

Sunt qui causam elicere conantur ex materiâ & for-
mâ actus, ut si hic in sua formâ consideretur, sit Iuris; si in ma-
teriâ, sit Facti.

CCLXXVI.

Exstissem quoque nonneminem scio, qui considerarit,
an aliquid ad prædicamentum Iuris referretur, an ad prædi-
camentum Facti.

I 2

Quin

CCLXXVII.

Quin & alius fuit, qui putavit, ea *Iuris esse, quæ nominibus*; ea verò *Facti*, quæ *verbis effeuntur*.

CCLXXVIII.

Omnes istas opiniones refellerem, nisi yererer, ne in volumen Disputatio ex crescere. Quod tamen me factum polliceor, si quis ex illis, qui conclusiones meas oppugnaverit, retinendas eas censuerit.

CCLXXIX.

Palmam hac in repræ reliquis omnibus deferendam, reor Huberto Gifanio, Academiæ huius olim Antecessori, qui lumine mentis acutissimo perspexit, *Iuris dici alia à Iure, quod in se contineant; alia Facti, quæ nullum Ius contineant.*

Solent enim hæc duo, *Ius & Factum*, inter se opponi, ut supra Thes. §. & 21.

CCLXXX.

Quam causam esse verissimam nemo negaverit, qui ea, de quibus hactenus actum, fidelius & penitus rimatus fuerit. Ecce enim! *U S U C A P I O* Iuris dicitur. Quare? quia *Ius & quiddam civile in se continet, puta dominium, quod à possessione, quæ est Facti, distinguitur.*

I. bonæfidei, 48. §. 1, ff. de adquir. rer. dom. l. si prædiuum, 16. C. de præd. & cal. reb. min.

CCLXXXI.

Sic stipulatio HABERE LICERE dicitur esse Iuris, quia Habere propriè *Ius dominii* denotat, nec pertinet ad nudam detentationem.

I. stipulatio ista, 38. §. hi qui, ff. de V. O. I. possessio, 49. §. 1, ff. de adq. velam, poss.

illa

CCLXXXII.

Illa item verba : ARBITRATU LUCII TITII FI-
ERI : Ius significant, & in servum non cadunt, quia eius-
modi Iuris statuendi decernendiq; ille sit incapax.

I. illa verba, 68. ff. de v. S.l. quod attinet, 32. ff. de R.I.

53

CCLXXXIII.

Nec quenquam moveat, quod suprà dixi, hæc idem
valere, Esse IURIS, & Ius CONTINERE. Nam hoc in
loco paulo utor aliter..

Subtilissimè enim hic ea sunt distinguenda , ut causa
eruatur, cur aliquid sit Iuris, nempe quia Ius in eo lateat..

CCLXXXIV.

Hac de causâ sive notâ eorum, quæ sunt & dicuntur
Iuris. Pergam ad ea, quæ perhibentur Facti, inter quæ pri-
mo loco recensui OPERAS. Hæc nihil Iuris continent,,
sed in Facto mero consistunt, neq; in rerum naturâ sunt,
antequam præstentur..

I. 1. ff. de oper. servor.

CCLXXXV.

ANNUUM LEGATUM est Facti. Quæ causa ? ea pe-
tenda ex tempore, quod est Facti, & nomen omnis Iuris expres.
Itaq; in illo tot sunt legata, quot anni, eiusq; dies non se-
mel cedit ut aliorum legatorum, sed sape, h. e. quotannis.
arg. l. obligationum, 44. §. 1. v. placet, ff. de O. & A.

CCLXXXVI.

FIDES sive ea bona sit, sive mala, est Facti, quemad-
modum & ANIMUS. Quid enim in his nominibus, que mere
naturalia, Iuris contineri dixeris ? nullum in his dominium,
nulla obligatio.

I. 3

I. bona

l. bonæfidei, 48. §, 1. ff. de adquir. rer. dom.

CCLXXXVII.

PROBATIO tradit. & possessionis in Facto consistit, quia ad eam sufficiat corporalis & nuda detentio, quæ à Iure tamen procul spernitur..

Paul. 5. senten. t. 11. §. 2. l. 1. §. furiosus, v. Ofilius, ff. de adq. velam. poss.

CCLXXXVIII.

In PACTIS NUDIS Factum versari ex Paulo didicimus. Nihil enim illis inest, nisi sola conventio, ex qua non sine auxilio Pratoris servantur; Ita tamen, ut semper intra Facti cancellos relinquantur, nec ex Iure momentum aliquod habeant.

l. si unus, 27. §. pactus, ff. de pact.

CCLXXXIX.

ADITIO hereditatis Facti est & merè naturalis, cum solâ animi destinatione sive nudâ voluntate suscipienda hereditatis, fieri quis heres posset, quæ animi destinatio, quæ voluntas remota est ab omni Iure.

l. si avia, 6. C. de Iure delib. l. debitor, 49. in pr. ff. ad Sc. Trebell.

CCXC.

Deveniendum nunc ad Mixta; illa nempe, quæ partim Iuris, partim Facti, uti sunt MANUMISSIO & EMANCIPATIO. *Causa, cur Iuris sit manumissio, deducenda est ex libertate.* a) Cur emancipatio, ex patriâ potestate, quam tollit. b) Cur utraq; sit Facti, ex actu. c)

a) Maximè verò ea, quæ Iuris Quiritium dicitur & tantum in cives Romanos cadit. b) Ius enim, Instit. de pat. pot. c) qui se parandus à Iure, quod per dationem libertatis & per exitū de patriâ potestate adipiscimur.

AGNA-

A G N A T I O, hoc est, cognatio, que Iure naturali & civili consistit, & justis nuptiis contractis copulatur, est Iuris & Facti. Iuris, ea de causâ, quod diminutione capitis perimitur. a) *Facti*, ob Ius sanguinis, quod nullo Iure civili dirimi potest. b)

a) §. sed agnationis, Instit. de legit. agn. tut. b) l. Iura sanguinis, §. ff. de R. I.

I N S T I T U T I O heredis, **S U B S T I T U T I O**, totum item TESTAMENTUM est Iuris, nam continetur in eo hereditas & dominium, quod ad nos pervenit: a) est & Facti, consideratione voluntatis eius, qui heredes sive primis sive secundis tabulis instituit, quæ voluntas intra Facti terminos coeretur.. b)

a) § singulorum, Instit. de usu & hab. b) arg. 13. C. de heredib. instit. l. si pater, 12. §. 1. ff. de pact. dor.

Sic **L E G A T U M** & **D O N A T I O** sunt Iuris & Facti. Iuris, quia transferatur dominium & per hanc, a) & per illud. b) Facti, quia & hec & illud ex liberalitate est naturalis, & in mero Facto consistit. c)

a) l. in omnibus, 55. ff. de O. & A. b) l. legatum ita, 80. ff. de Legat. 2. c) l. fed & filege, 25. §. consuluit, ff. de hered. petit.

S E R V I T U T E S reales Facti esse apprimè constat ex eo, quod meri usus terminis includantur: a) Iuris tamen dici potest servitus, contemplatione actionis confessioꝝ, in quâ de Iure queritur..

a) l. viꝝ

a) l. viæ, 17. ff. de servit. b) l. 2. §. fin. ff. si servit.
vindic.

CCXCV.

Usus fructus dicitur in Iure consistere. Quid non?
Cum in multis casibus appelletur pars dominii, quod planè Iuri-
s. a) Idem tamen & in Facto consistit, ratione perceptio-
nis fructuum, quæ perceptio omnis Iuris expers. b)

a) §. incorporale, Instit. de reb. corp. & incorp.
l. un. ff. Quando dies ususfr. leg.

CCXCVI.

Usum esse facti exinde patet, quod prorsus in mo-
mentis consistat, & ita sit individuum, ut pars eius legari non
possit.. Quem tamen quid Iuris continere certum est, quia
perimitur capit is diminutione, quæ Iuris, qua in re differt
ab Habitione.

Vid. supra Thes. 222.

CCXCVII.

CONDITIONE reddendarum rationum & Iuris est & facti.
Iuris si respicias ad dationem, ex qua existit; facti, si ad tra-
ditionem voluminum, quæ in solo actu versatur..

l. si statulibera, 6. §. fin. ff. de stat. l. cum servus, 82. ff.
de condit, & demonstr.

CCXCVIII.

CONTRACTUS, ut stipulatio, emptio, locatio, sunt Iu-
ris, intuitu obligationis, quam in se continent, quæ Iuris.
a) intuitu actus, quo celebrantur, sunt facti. b) Propterea
se ex solo isto traditu ac facti celebratione assumentur, non con-
siderata obligatione, quam pariunt, possunt dici tantum esse Fa-
cti, veluti ita quoq; facti dicuntur. Quia verò nullus contra-
etus est absq; obligatione, dicuntur quoq; Iuris.

a) l. si unus, 27. §. pactus, ff. de pact. b) l. consilio, 7.
§. quæsitum, ff. de curat. fur.

37

CCXCIX.

SOLUTIO est Iuris, quando refertur ad substantiam ipsius obligationis, quam tollit: a) Facti, quando refertur ad numerationem ipsam sive operationem, quæ fit naturaliter. b)
a) l. solutionis verbum, 5. 4. ff. de solut. b) l. solutam,
49. ff. eod.

CCC.

Possessio est Iuris & Facti. Iuris, ratione effectus & virtutis ei attributa, quæ est, ut pariat & conserver dominium: Facti, ratione apprehensionis & actus ipsius corporaliter insistendi.

Vid. suprà Thes. 235. & seq.

CCCI.

Tandem exponendum erit de PROPRIETATE IURIS & FACTI, & EFFECTIBUS inde resultantibus, ex quibus non solum Iuris & Facti NATURA magis magisq; intelligetur, sed insignis insuper huius argumenti utilitas, quæ Horatio.

Inisti prope mater & equi.

CCCII.

Proprietas maximè in hoc versatur, quod ea, quæ Iuris, sint civilia; quæ Facti, naturalia.

arg. l. si unus. §. pactus, ff. de pact.

CCCIII.

Exinde pulcherrimataq; utilissimi proveniunt effectus, quorum summus hic mihi esse videtur, Quodea, quæ Iuris sunt, per adquisitionem transcant ad patrem, ad Dominum, ad K here-



*heredem: a) Ea verò que Facti, non transcant, sed in ipsa pri-
mi adquirētis personā hæreant, & cum ea perimantur. b)*

*a) pr. Instit. per quas person. nob. oblig. adquir. pr. &
§. 1. Inst. per quas person. cuiq; adq. l. 1. ff. si à parente
quis manum ill. sit. b) l. si usus fr. 14. §. sita. ff. Quau-
do dies legat. ced. l. qui hered. 44. ff. de condit. & de-
mont. l. 1. §. Scavola ait. ff. si is. qui testam. l. quod di-
citur. 130. ff. de V. O. l. si statulibera. 6. §. ult. ff. de
stat. lib.*

CCCIV.

*Exempli causā; Si stipuler: Mibi aut Titio dabis & cer-
tum est, valere stipulationem, de me quidem, quod unus-
quisq; sibi rectè stipuletur...*

l. stipulatio ista, 38. §. alteri, ff. de V. O.

CCCV.

*Quin & si adjectio Titij esset inutilis, ea tamen potius
prō supervacuā habenda eslet, quam ut irritam redderet,
utilem mihi factam stipulationem.*

arg. l. 1. §. sed & si mihi, ff. d. r.

CCVI.

*Ea verò inutilis non est. Neq; enim alteri Facta vide-
ri possit, cum non obligationem ita stipulemur Titio, sed
tantum solutionem in eum conferamus.*

*§. si quis alii, v. planè, Instit. de inutilib. stip. l. cum
quis, §§. ff. de V. O.*

CCCVII.

*Ius igitur alii stipulari non possumus, Factum possu-
mus; solutio autem consistit in Facto.*

l. consilio, 7. §. quæsitum, ff. de curat. fur.

Probē

CCCVIII.

36

Probetamen observandum, ex hac stipulatione solum Titio,
non etiam successorib. eius recte solvi.

D. l. cum quis, 55, ff. de V. O. l. si stipulatus sim, 81, ff.
desolur,

CCCIX.

Solutio enim (ut dixi!) est Facti, & proinde personalis,
atq; ideo non transit ad alium, neq; ad heredem, neq; pa-
trem &c.

§. Sed cum factum, Instit. de stip. serv. I. qui heredi,
44. ff. de condit, & demonst. I. privilegia, 196, ff.
de R. I.

CCCI.

Atq; huc non inscitè quis retulerit regulam Q. Mu-
tii, qua docemur: Nihil aliud in heredem posse transfundi,
quam id quod hereditatis sit: Illa vero, qua meri Facti sunt,
hereditatis esse ineptè dicuntur.

I. I. §. Scævola, ff. si quis testam, lib.

CCCX.

Ita si servus stipuletur, ut *sibi ire, agere liceat*, ipse tan-
tum prohiberi non debet, non etiam Dominus.

§. Sed cum factum, Instit. de stip. serv.

CCCXII.

Hæret enim Factum illud *in personâ stipulantis*, h. e.
servi, qui & ipse naturalium, sive eorum, quæ sunt Facti,
est capax.

I. quod attinet, 32, ff. de R. I.

CCCXIII.

Néquaquam tamen de omni Facto illud intelligentum, sed
bono
K 2
de illo,

de illo, quod nullo Iure est imbutum; nam si quid Iuris continet, servus stipulando nihil agit.

I. stipulatio ista, 38. §. hi qui, ff. de V. O.

CCCXIV.

Pari modo, qui servo heredi in instituto dare jussus est, ipsi servo, non Domino dare debet.

I. qui heredi, 44. ff. de condic. & dem. ubi luculentam IC. Paulus addit rationem, qua vix ulla in hoc argumen-
to celebrior.

CCCXV.

Cæterum ab hoc primo effectu non abhorrere videntur diversæ leges, quæ versantur circa adquisitionem & a-
missionem possessionis & dominii. Hoc animo solo amitti non
potest; illa potest. Contra hoc animo solo potest adqui-
ri; illa non..

I. si quis vi, 17. §. differentia, l. quod meo, seq. §. fu-
rioso, ff. de adquir. vel am. poss.

CCCXVI.

Quod discrimin in hereditate eximiè cernitur. Hac
enim aditâ, statim dominium in heredem, etiam absq;
ulla corporum apprehensione transit;

I. si ager, 50. §. sed heres, ff. de R. V. l. i. §. & generali-
ter, ff. si quis testam. lib. l. Facta, 63. in pr. ff. ad Sc.
Trebell.

CCCXVII.

Possessio verò non aliter, quam si res hereditarie natu-
raliter apprehensæ fuerint.

I. cum heredes, 23. l. qui universas, 30. §. quod per co-
lonum, ff. de adquir. vel am. poss. l. ult. C. de Edict.
D. Hadr. toll.

Quod

CCCXVIII.

Quod & de re legata receptum est, ut nempe dominium rei legata ipso Iure post aditionem & agnitionem transeat ad legatarium; a) possessio verò non transeat sine naturali comprehensione. b)

39

a) l. à Tito, 64. ff. defurt. l. legatum, 80. ff. de legat.

2. Vid. suprà Thes. 141. b) l. i. §. quod ait Prætor voluntate eius, 11. ff. quod legator.

CCCXIX.

Enimverò dominium in Iure consistit: *Omnia autem Iura in heredum personā continuari censemur*, cum & hereditas ipsa sit Iuris successio, non corporum.

l. omnis hereditas, 138. l. omnia ferè Iura, 193. ff. de

R. I. l. hereditas, 50. ff. de hered. pet.

CCCXX.

At possessio est facti & animi, neq; Iura permittunt, ut in hereditatem cadat.

D. l. cum heredes, 23. ff. de adq. vel am. poss. l. i. §.

Scævola, ff. si quis test. lib.

CCCXXI.

Nec est, ut quenquam perturbet, quod apud Paulum defuncti possessio dicitur ad heredem quasi juncta descendere.

l. cum miles, 30. ff. ex quib. caus. maior. 25. an.

CCCXXII.

Probè enim & rationabiliter egregius quidam nostri ævi IC. docet, scripsisse ibi Tribonianum possessionem pro usucacione, eumq; respxisse ad constitutionem Iustiniani.

l. un. C. de transform. usucap.

K. 3

Possess.

CCCXXXIII.

Possessionis ergo nomine non actus ipse possidendi significatur, qui in omni Usucapione requiritur, a) id est, possessio illa, quæ est Facti: Sed *possessio longi temporis*. b).

a) l. sine possessione, 25. ff. de usucap. b) h. e. *Ius ipsum decennalis aut vicennialis possessionis, quod nomen saltem hodie non minus Iuris nomen est, quam fuit olim semperque erit Usucaptionis, que hodie in longi temporis possessionem à Justiniano transformata fuit.*

CCCXXXIV.

Præterea novum non est, ut eorum, quorum alterum sine altero esse non potest, alterius nomen adsumat. V. g. servitutes, quia sine prædiis esse non possunt, etiam *prædia nominantur.*

l. quidaliud, 86. ff. de v. S.

CCCXXXV.

Sic quia imperium mixtum sine Iurisdictione, contraq; Iurisdictio sine imperio mixto esse non potest: altera appellatio nonnunquam alterius vice fungitur: & hoc sensu honor. posses, judicis dandi licentia, decreta Magistratum, quæ ex Iurisdictione proficiuntur, interdum imperio vindicantur.

l. 1. 1. 3. ff. de Iurisd. l. cum Prætor, 12, §, 1. ff. de jud.
l. quod jussit, 14. ff. de re jud.

CCCXXXVI.

Sic etiam Usucapio, quia sine possessione non procedit, possessionis nomine indigetur. a) Quo sensu Papinianus ait, possessionem, h. e. usucaptionem, sine possessione non consistere. b)

a) D. l. cum miles, 30. ff. ex quib. caus. maior. l. qui pignoris, 36. ff. de adq. vel am. poss. b) l. deniq; 19. ff. ex quib. caus. maior.

Usuca-

*U*sucapio igitur, quoniam Iuris est, etiam citra corporis apprehensionem in hereditate personā continuatur, sive ante aditam hereditatem, sive postea: a) Possessio, quia Facti, non aquē. b)

a) l. nunquam, 31. §. vacuum, l. cæptam, 40. l. justo, 44. §. nondum, ff. de usucap. l. qui, cum pro herede, 6. §. ult, ff. pro empt. b) l. cum heredes, 23. ff. de adquir, velam, poss.

Excipiunt nonnulli suos heredes, & ab extraneis in hac Quæstione separant. Illi verò audiendi non sunt. Etenim in suis heredibus admissa quidem est continvatio Domini: a) possessionis non est. b)

a) §. sui autem, Instit. de heredit. quæ ab intest. def. 1. 3. C. de Iure delib. l. in suis, 11. ff. de lib. & posth. b) Neg, enim valet conclusio à dominio ad possessionem. Finigatur filius esse Dominus vivo patre, Ergo & possessor. Non recte! Dominium enim est Iuris: possessio Facti. Filius autem in his, quæ sunt Iuris, locum habet, non in iis, quæ sunt Facti. l. si quis pro emptore, 15. ff. de usucap. vid. suprà Theſ. 182.

Alij effectus hinc & inde ex his ipsis conclusionibus peti possunt, quo lectorem remitto.

— Si quis tamen has quoq. si quis
Captus amore leget.



COROLLARIA.

I.

Dicitissimi quidam Interpp. existimaverunt in l. 2.
C. de luit. pign. decessus negationem, & pro, *durare*,
legendum esse, *non durare*, quam sententiam pro-
lixè quoq; tuerit *Donellus*. Sed magis adsentendum *Ac-
cursio*, aliisq; Interpp. tum veteribus, tum novis, & inter-
eos Doctori nostro Dn. *Scipioni Gentili*, qui vulgatam scri-
pturam retinens.

II.

Barnab. Brissoni lib. VI. de form. & sol. pop. Rom.
verbis, *Stipulationem Utifrui licere, & stipulationem usufru-
ctus eandem esse existimat*. Non recte.

III.

Si duobus fundis in Emphyteusin diversis tempori-
bus sit concessus, eum putant viri quidam docti præferri
debere, cui prior ius est concessum. Ego verò puto eum
præferendum esse, qui prior in possessionem est inductus,
per illa, quæ tradit Doctor noster, Dn. *Cunr. Rittershusius*
in Partitionib. Feudalib. p. I. c. 9. q. 14.

IV.

L. Barbarius Philippus, 3. ff. de off. Præt. valdè torsus,
ingenia Vet. & Recent. Interpp. Quid verò difficultatis
superficit, si dicetur, *Barbarium istum Prætorem quidem non
fuisse, Præturam tamen gesisse, & eius auctorata habenda*?

V.

Cujacius in l. in illa stipulatione, 8. ff. de V. O. vult, pro
his

his verbis. Et licet ad conditionem: legendum esse, Et licet ante diem conditio, cui & Balduin, in lib. de conditionib. ad- sentitur. Sed haec emendatio non toleranda.

A

VI.

Idem tamen merito reprehendit Rogerium vet. Interp. qui in l. si fundū, 3. ff. de servit. leg. ista verba: Si post ea Titius omisisset, sic interpretatur, post mortem testatoris, ante aditam hereditatem.

VII.

In causis criminalib. quibus contra absentes agi & judicari potest, non admittendum Procuratorem sive ad accusandum, sive ad defendendum, Iure meritoq; contendunt duo pragmatici insignes. Iul. Clarus lib. 5. sent. & Ferdinandus Vasq. in lib. Quæst. illust.

VIII.

Objicere avigentiam Duarenio possumus, dum scribit, §. Sed cum Factum, Instit. de stipul. servor. abrogatum esse per l. veteris, 13. C de contr. vel com. stip.

IX.

Fuit ingens olim diffensio inter graviss. viros, an partus ancillæ in fructu haberetur. Tandem illa opinio fuit approbata, quod non sit, quam itidem probat Mynsing. cent. 3. ob serv. 83. Quæ tamen perabsurda.

X.

Distinctionem bonorum uxoris in dotalia, parapherna & recepticia, præter cæteros etiam probat Mynsing. cent. 3. ob serv. 83. Quæ tamen perabsurda.

XI.

Confusè admodum de statu eiusq; deminutione Cal-

L

istratus

Histratus agere videtur in I. cognitionum, §. §. consumitur, ff. de extraord. cogn. Minimè tamen opus erat, ut lac. R. e-
vard. lib. 3. var. c. 5. d. §. emendaret.

XII.

Equin. Baro sequutns Br. I. mandato generali, 60. ff. de procurat. accipit non de generali mandato omnium bonorum, sed actionum sive litium. Quam interpretationem si amplectemur, nulla necessitas nos adiget, ut text. corrigamus.

XIII.

Ant. Goveanus lib. 2. var. c. 4. putat verbum *Filiafamilias* in l. 4. C. solut. matrim. inducendum esse. Ecquidopus? *Quasi* verò non species *Facti* de filiafam. Imp. potuerit esse proposita!

XIV.

Pugnant ex diametro l. per servum, 14. §. ususfr. 1. ff. de usu & hab. & l. huic stipulationi, §. §. 1. & 2. ff. usufruct. quemadm. cav. *Quas* LL. non probè conciliat *A. Alciat.* lib. 2. Parerg. c. 3.

XV.

Glossographi distinguunt inter mutum naturā & casti. Hunc donare posse aiunt: Illum non. Quorum sententiam rectè reprehendit *Fr. Conan*, l. 5. com. c. II.



AD

AD NOBILISSIMUM ET VIR-
TUTE AC DOCTRINA POLITIS-
SIMUM DN. RESPONDENTEM.

CVi juvenum, pulcris animi mens ignibus ardens
Edita virtutum gestit conscendere templas,
Conspicuoque inter claros effulgere honore;
Hunc non exercet nocturnis Murcia sacriss.,
Turpibus illecebris victimum: non uda Lyxo
Tempora percussus marceret; verum aurea a venter,
Noctes atque dies, sapientum scripta revolvens,
Florilegas imitatur apes, succoqué madescit
Hinc magis atque magis doctrinae, donec odorum,
Largifluo neectar Sophie de pectore fundat.
Fallor? an hæc vita, magnâ cum laude honorum,
Dulcis imago tua est, WOLFGANG E RRICE, parente,
O, sate thesauro laudum, dignissima proles?
Nobilium decus ille virum; flos ipse juvenæ es
Purpureæ, meliore cui flant corda metallo.
Indolis undè tua maturius emicat ardor:
Etatem ante venis doctrina ac moribus. O, quas
Spes alit hac Patriæ juvenili in corpore virtus!
Non te flamma gule, madidique ignavia somni
Subjecit pedibus, captivâ aut forte triumphat:
Non Veneri Bacchoque litas; sed casta Minervæ
Sacra colens, facis Eunomia, magnumque severus
Æmilium palles, LEGALI afflate CATONE.
Majori nec fratre minor, cedensve minori,
Nunc iterum in sacram Themidos descendâs arenam.
Scilicet hæc primum tanto laus orta parente,

Au-

54

349

*Aucta debinc magnis SITZMANNI, gloria, curis:
SITZMANNI, eximus cuius candor que fides que
Eximio incensos multos sibi vinxit amore,
Haec tenus, & numeros omnes implevit Honesti,
Ut ridere queat vana mendacia lingue.
Perge, decus juvenum, hos campos decurrere laudis,
Perge, & honora PATRIS vestigia strenuus urge
Sic dignus te comes honor, pulcraque nitentem
Luce coronabis Patriam præfulgidius: inter
Astrorum veluti populum, stellasque minutias,
Exseruit plenos cum Lucifer oris honores.*

Michael Virdungus Professor pub.
Altorphi L. M. Q. f.

Altdorf, Diss., 1599-1633

ULB Halle
005 607 582

3



TA → OL

b NT

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Disputatio

DE JURE ET FACTO,

Quam

AUSPICE

D. O. M.

1611

EX APPROBATIONE AM-
PLISS. IURISCONSULTORUM
ordinis

IN CELEBRI NORIMBER-
gensium Academiâ ad D. 19. No-
vembri

PUBLICÆ DISQUISITIONI
in auditorio Welseriano instituen-
dæ, offert

Wolff Erich von Brandenstein.

NORIBERGÆ,

Typis Abrahami VVagenmanni.

M D C X I.